nocumēto. ¶ 4ᵃ ɔclō: nō solū ꝑ flebotbomiā: ꝫ vſqꝫ ad ſyncopim cūare: ꝫ etiā ꝑ pharmacū. hoc pꝫ ex Gal. in fine cōmēti illiꝰ aſo. Que egerunt nō multitudinē ɔſiderare opꝫ. Nā qñ talis mā non eſt ſanguis neqꝫ ſanguini ita mixta q ꝑ flebotbomiā educaꝫ euanda eſt ꝑ pharmacū. Et hoc eſt qd dicit Gal. in 10ᵒ terapē. ad fugiēdū certam mortē. ¶ 5ᵃ ɔclō: ſecuriꝰ eſt cū flōmia cūare vſqꝫ ad ſyncopim q̄ꝫ cū pharmaco. Iſta pꝫ per duas cās. pma eſt qꝛ illi ꝗ forti indigēt cūone cū pharmaco ſūt ne͞cio grauati: ꝛ in eis eſt repletio quo ad virtutē: ꝛ humor peccans cōiter eſt malignior. 2ᵃ eſt cā: qꝛ flōmiā poſſumus ad libitū reſtringere ſtatim incipiente ſyncopi: ꝫ pharmacie opus nō eſt ita. ¶ Nota tñ q ex his duabus cauſis nō ſequiꝫ quin cūatio qñqꝫ ſit facienda cū pharmaco vſqꝫ ad ſyncopim. Et vult Hy. q in ſynoca cū putredie eſt vtus onerata ꝛ eſt repletio quo ad virtutem: ꝛ tñ fit flebotbomia vſqꝫ ad ſyncopim: ꝛ hoc habeꝫ 9ᵒ terapeutice. Sed 2ᵃ cā nō plus ꝓbat niſi q cū flōmia ſecuriꝰ fit cūatio vſqꝫ ad ſyncopim q̄ꝫ ꝑ pharmacū: ꝛ hoc ɔceditꝫ. Et ſi dicaꝫ quid voluit Aui. cū dixit in iſto cañ. Cūqꝫ humor illius fuerit gñis cuiꝰ eē opꝫ: niſi q hec cūatio vſqꝫ ad lypothomiā nō eſt faciēda: niſi qñ hūor eſt determīati gñis. ſ. ſanguis: ꝛ ſic innuit q ſolū eſt flōmia q̄ dꝫ fieri vſqꝫ ad ſyncopim. Dic pōt dici q nō eſt mens Aui. q ſolum ſanguis ſit illius generis cuiꝰ eſſe opꝫ ad faciendū cūonē vſqꝫ ad lypothomiā. Sed humor in quo opꝫ h̄ facere opꝫ q ſit facilis ad currēdū aut multe inflāmationis aut venenoſitatis: aliter enī ſi nō eēt tātū periculū in mora qñ poſſet euacuari in pluribꝰ vicibꝰ meliꝰ q̄ꝫ nō ducendo vſqꝫ ad ſyncopim: opꝫ 2ᵒ talē humorē nō eē ita malignū q nullo mō ſpereꝫ de euaſione. nā tunc iſta remedia nō ſūt faciēda: qꝛ cū certiſſime ſunt morituri ibi nō ſunt expimentāda remedia bona ne poſtea vituperenꝫ cū nō operantur intentū: ꝛ hoc dicit Gal. 9ᵒ terapeu. Ex his pꝫ argumētorū ſolō cū dꝫ q medicus dꝫ imitari nām naliter operātē ꝛ nō ſinthomatice. Dicꝫ enī q nā ēt qñqꝫ ꝑꝑ melius cūat vſqꝫ ad ſyncopiꝫ ꝛ liberat infirmū: ꝛ ita facit qñqꝫ medicus: ꝫ ſicut nā nō facit illud niſi qñ ex toto dñatur: ita nec medicus qñ pōt regulr opari. Alij ſunt modi ridendi: aut ſolōnes quos ꝓ nunc dimitto: igitur ꝛc.

K

Eſſet dubiū ſm mētē Gal. in hoc dubio. xi. terapē. c. h̄ q ſi medico parato conſtaret mām peccantē eē penitꝰ irreducibilē ad benignū: ꝛ cū hoc eē digeſtā ꝛ ſepatā a bonis hūoribꝰ ꝛ ipſaꝫ in venis cōtineri: ipſa ſic tota eēt exqſitiſſime cuacuāda. Sed ſi mā peccās ēꝫ aliqd ſui ſit reducibilis ad benignū non eſt exquiſitiſſime cūanda: vt ēt Gal. qdeꝫ libro. c. eodē. Hōm ē tñ q in qbuſdaꝫ ꝫ paucis caſibꝰ a medico pōt do fieri pñs eūones exqſite ꝑducentes vſqꝫ ad ſyncopim reparabilē excluſiue vtute exiſte forti ꝛc. loquendo tñ de cūone q̄ fit cū flōꝰ ꝛ nō eſt pharmacia. Primꝰ autē auctorizāo in hac mā ſūt Hip. in pma parteꝰ aſo. aſo. illo. Que egeruntur ꝛc. Et Gal. in cōm. illiꝰ aſo. docet in qbꝰ caſibꝰ cōpetat talis cūo. Et ēt 9ᵒ terapē. mentionit aliq̄ſr ō h̄ c. iij. Auer. in vij. colliꝫ c. o. adducit ad h̄ opionē Gal. ꝛ eā reprobat quatuor rōnibus: quas vidē ſi placet.

¶ Cūqꝫ alicuiꝰ virtꝰ fortis fuerit ꝛ ipſoꝝ humoꝝ mā multa ꝛ mala ipſaꝫ paulatiꝫ euacua.

¶ Ponit Aui. hic 5ᵐ cañ. dicens. Cū alicuius virtus fuerit fortis ꝛ humoꝝ ipſius mā multa ꝛ mala dꝫ paulatiꝫ euacuari. ¶ Et nota q dixit cū virtus fuerit fortis: vult ꝑ hoc nō q qñ vtus fuerit debilis ſit multū in vna vice cūandū: Sed ꝓ hoc daꝫ intelligi qd faciendū ſit virtute debili: qꝛ aut nō eſt cūandū: aut multo minus ꝓ vice q̄ꝫ in forti virtute. ¶ Nota 2ᵒ q cū mā multa ꝛ mala non pōt eē virtus abſolute fortis: ſed dicꝫ hic fortis reſpectu mediocris cūonis tolerande. ¶ Tertio nota q ꝫ virtus ſit fortis: tñ qñ mā eſt mala ꝛ multa ipſa nō pōt in vice vna cūari qñ duo ſequanꝫ nocumenta. vnū q virtus nimiū debilitaꝫ: ſm q nimiū de bono cūaꝫ. Primū iō accidit: qꝛ vtus nō eſt abſolute fortis. nā in multa cūatione multū deficeret. Scdꝫ accidit iō: qꝛ mā multa ꝛ mala de neceſſitate multū reſiſtit ꝛ medicina faciens violentiam ad multū de ea cūanduꝫ trahit etiam de bono.

¶ Et ſilr cū mā vehemēter fuerit penetratiua aut cū ſanguie multū mixta nō poteris ipſaꝫ vna vice euacuare ſicut eſt in ſciatica ꝛ artetica longi temporis ꝛ cancro ꝛ ſcabie antiq ꝛ carbunculis veteribus.

¶ Ponit ſextū cañ. dicens q ſimilr qñ mā fuerit multa penetratiua: aut multū mixta ſanguini debet paulatim cūari: nec poterit in vna vice debite cūari: ſicut eſt in ſciatica ꝛ in arterica longi tpis: ꝛ in cancro ꝛ ſcabie antiqua ꝛ carbunculis veteribus. ¶ Ubi pmo nota q materia intelligiꝫ multū penetratiua: qꝛ multū infixa in mēbris ꝛ fortiter adherēs: ſicut ea q̄ multū penetrat: ꝛ talis hñ eſt in arterica longi tpis ꝛ ſciatica longi tēporis: qꝛ mā eſt in mēbris patientibꝰ multū fixa. ſ. in iuncturis ꝛ vicinis mēbris vt ligamētis. In ſcabie aūt antiqua ꝛ mala: ꝛ dicit in lfa: ꝛ carbunculis veteribꝰ: ꝛ nō eſt intelligendū de carbunculis veris: ſed de carbunculis. i. furūculis veteribꝰ. i. qui fuerunt multo tpe: nō in iſto tēpore: nō in alio: ſicut multotiens accidit in vna nate hinc ad qndecim dies in vna coſſa: ꝛ in carbūculis ꝛ cancro. Iterū mā eſt multū ſanguini mixta illa que eſt ſub forma cāe antecedētis: ꝛ q̄ eſt ſub forma cāe ɔiuncte eſt mēbris fixa multū. ¶ Nota 2ᵒ q iō nō pōt vna vice totū cūari: qꝛ plurimū reſiſtit ꝓpter ſui adherentiā. Sunt enī qdā humores qui facilr a mēbris ſeparanꝫ: ſicut lutū purū a pannis: qdaꝫ vero difficulter: ſicut humiditas coloris cū panno vel lana ſiue ſerico q nō ſepanꝫ niſi cū ſuba panni: de qbus humoribus loquiꝫ Gal. in cōmento ſup illa ɔcalienationes indeclarate palpabiles valde frenetice.

N

Nota q vbi virtꝰ eē debilis in aliq corpore ꝛ humores mali cēne multi: ꝛ tale corpꝰ nō eſſet cūandū ꝫ nutriēdū bonis cibis vt vtꝰ p... eos corroborata de ſe valeat expellē humores peccantes vel ſufferre medicinā aliquā q̄ purgaret: ꝛ h̄ eſt de mēte Aui. tertia pmi. doctrina 2ᵃ. c. de illo. Ud come dū ꝛ bibēd.

O

¶ Et debes ſcire q ventris ſolō a ſupioribꝰ trahit ꝛ ab inferioribꝰ eradicat. Duabꝰ ergo attractionibꝰ eſt apta cōuenienti ꝛ diuerſe: que ēt poſt matericꝫ quietē eſt conueniens. ¶ Cū ḡ māe fuerint a ſupioribꝰ ad diuerſū trahet eas: ꝛ ipas ēt eradicabit a locis vbi ſūt: vomitu vero fit attractio ꝛ eradicatio ecōuſo.

¶ Hic ponit cañ. incidētalr. Et diuidiꝫ in quatuor ſicut quatuor ſunt cañ. Primus de ſolutione ꝛ vomitu. Scds de flebotbomia. Tertius de corꝑibus nō cūandis. Quartꝰ de locis vbi minus eſt faciēda cūatio. ibi 2ᵒ. [Minutionis.] ibi 3ᵒ [Minus itaqꝫ.] ibi 4ᵒ [In regionibꝰ.] ¶ De pmo dicit q tu debes ſcire q ventris ſolutio trahit a ſuperioribus ꝛ eradicat ab iferioribus: ꝛ ideo eſt apta duabus attractionibus. ſ. conuenienti ꝛ diuerſe: ꝛ eſt ēt cōueniens cūatio poſt humoꝝ quietē. Ex quo ſequiꝫ q ſi humores fuerint in ſupioribꝰ eſt apta eos attrahere: ꝛ ſi fuerint in inferioribus eos eradicabit a locis vbi ſunt: ſed in vomitu fit attractio ꝛ eradicatio ecōuerſo. ¶ Ubi pmo nota q eradicatio ꝛ attractio qñqꝫ ſumuntur large ſm ſuaꝫ cōem acceptionē ꝛ vim vocabuli: ita q dicaꝫ attractio ois motus factus a motore qui rem mouet ad ſe: ꝛ eradicatio dicatur ois cūatio ꝑ quā radicitus ꝛ integre euacuaꝫ mā a loco ſuo in quo erat tanq̄ꝫ in radice. ¶ Scdo modo ſumunꝫ iſti termini ſtricte vt dicatur attractio ois motus humoris qui ad aliū locū trahitur notabilr diſtantē ante ſui attractionem: ꝛ hoc mō non dicitur attractio niſi de illo motu quo moueꝫ humor a longinquo: ille enim humor trahiꝫ primo ad locū poſtea euacuatur: ꝛ eradicatio autem ſtricte de euacuatione que nō fit per attractionem a longinquo: ꝛ hoc nō intelligit Auicen. hic q ventris ſolutio eradicabit ab iferioribus ꝛ trahet a ſuperioribus. nam loquendo cōiter ab vtroqꝫ loco pōt eradicare ꝛ ab vtroqꝫ traheꝫ: ꝛ vomitu fit ecōtrario.

P

¶ Minutionis pterea diſpō diuerſificaꝫ ſm loca a quibus ſanguis accipiꝫ ſicut ſciuiſti.

Q

¶ Ponit 2ᵐ cañ. dicēs q diſpō minutionis diuerſificatur ſupple in attrahendo ꝛ eradicando ſm diuerſitatē locorum a qbus ſanguis excipitur: ꝛ hoc eſt clarum.

¶ Minus

A ¶ Minꝰ itaqȝ cūctis hoībus euōne dignꝰ est ille cuius cibꝰ bonus fuerit ⁊ digestio bona.

Hoc ē Gāp. in scda parti. la afo. afo illo fam briria cor pora ⁊c. Et Gal. ē in cōmēto illius cō dicit. Ex his verbis ⁊c.

¶ Canon tertiꝰ est clarus: qꝛ in istis nō multiplicant̄ mali humores: ⁊ ꝑ hoc potes intelligere de aliqs dispōnibus ꝑ quas corpꝰ caret malis humoribus: ⁊ intelligat̄ bonus cibus in quāto ⁊ quali ⁊ modo administrationis.

¶ In regionibus quoqȝ calidis morātes euacuatione parum indigent.

¶ Ponit vltimū canō. ⁊ cā est: qꝛ virtus in illis est debilis: ⁊ humores resoluuntur faciliter.

¶ De regulis cōibus solōni vētris ⁊ vomitui: ⁊ qualr trahat id qđ vētrē soluit ⁊ vomere facit. Capitulum.IIII.

B Oportet vt illiꝰ cibꝰ cuiꝰ soluendus ē vēter aut vōitꝰ ꝓuocādus ꝑtiat̄ vt qđ ei ī vna die sufficiebat mltis cōedat vicibꝰ: ⁊ vt sint cibi diuersi ⁊ potꝰ ēt diuersi. Ex hac nāqȝ dispōne accidit stōcho vt expelleret desideret qđ ē in eo supius aut īferiꝰ. Ex cibo āt nō diuerso neqȝ sup aliū cibū ingrediēte stōchus ē auarꝰ ⁊ ipȝ forti ꝯtinet retētiōe ⁊ ꝓpie si fuerit eiꝰ quātitas parua. Mollez uo hñs vētrē nihil ex hoc facere debet.

¶ Aui. in ꝓcedēti. c. posuit regulas gñales in rectificando vir oēm modū artificialē euōnis siue cū flōmia siue cū aliquo alio: hic exequit̄ magis spāliter docendo regulas obseruādas in euōnibus. Et diuiditur pars ista in partes duas. ꝑ facit hoc quo ad euōnes ꝑ vias ordinatas a nā sic stomachus intestina ⁊ pori. 2° quo ad euōnes per vias factas ꝑ artē sicut in flōmia ⁊ sanguisugis ⁊ ventosis. 2° ibi. [Flōmia.] Prima in duas. ꝑ docet regulas euōnis ꝑ vias latas ⁊ ꝑ medicinas intus assumptas. 2° per vias strictas

C ⁊ medicinas extra applicatas. 2° ibi. [Epithimata.] Prima in duas. Primo docet regulas per ea que sumūt̄ per os. scđo per ea que applicant̄ ꝑ iferius. 2° ibi. [Enema.] Prima in duas. ꝑ ponit regulas cōes solōni ventris ⁊ vomitui. 2° spāliter ponit in vtroqȝ istorū modorū euōnis. 2° est in ꝑncipio sequētis capli. Presens caplm diuiditur in duas ptes. ꝑ ponit regulas dictas. scđo docet modū ꝑ quē medicina vomitiua aut ventris solutiua euāt. 2° ibi ꝓpe finē capli. [Scito etiā.] Prima pars diuidit̄ in tot partes quot sunt canones: ⁊ partes patebunt in legenda. ¶ Primus canō. est de regimine cibi eiꝰ q oȝ sumere medicinā. Dicit ḡ Aui. q̄ opȝ vt illiꝰ cuius vēter soluēdus ē aut vomitus ꝓuocādus cibus diuidat̄: ita q̄ illud qđ ipse solebat sumere in vice vna: sumat in pluribꝰ vicibꝰ: ⁊ sint cibi sui diuersi ⁊ potus diuersi. Et cā est qꝛ ex hoc modo fit q̄ stōchus desiderat expellere id qđ est in eo aut supe-

D rius aut inferius. Sȝ ex cibo nō diuerso ⁊ nō ingrediente super aliū cibū imo ingrediēte stōchū vacuū: stomachus est auarus ⁊ retinet ipm forti retētione: ⁊ precipue qñ est paucus. Sȝ illū cuius venter est mollis nihil ex hoc opȝ facere. ¶ Circa canō. nota q̄ corporū q̄dā sunt quorū stomachus ⁊ intestina faciliter obediūt pharmaco: ⁊ isti dicunt̄ hēre ventrē mollē: ⁊ in istis nō indigemꝰ ꝑparatione reddente ista mēbra parata ad expellēdū. Et iđ Aui. dixit in fine canō. q̄ qui hȝ vētrē mollē nihil ex dictis in isto canō. facere oȝ. Quidaȝ aūt hñt stomachū ⁊ intestina inobediētia euōni ⁊ dure digōnis ⁊ fortiter ēt retinentia. In istis ergo anteq̄ detur pharmacū solutiuū aut vomitiuum opȝ stōchum ⁊ intestina parare vt faciliter expel-

E lantur: nā aliter lōgo tpe retēto pharmaco aut humoribꝰ q attrahunt̄ ꝑ ipsum ad stōchū ⁊ itestina nocumētū sequeret̄ magnū. Et ideo faciēdū est q̄ stōchus ⁊ itestina inclinent̄ ad expellēdū id qđ ī eis ꝯtinet̄. ¶ Nō 2° q̄ regimē faciēdi q̄ hoc mō iclinet̄ est qñqꝫ ꝑ medicinas: qñqȝ cū cibo ⁊ potu: sȝ Aui. hic tm̄ posuit illud qđ fit ꝑ cibos ⁊ potꝰ. ¶ Nō 3° q̄ qñ cibi sumunt̄ diuersi ⁊ in pluribꝰ vicibus accidit q̄ cibꝰ ponit̄ sup aliū nō digestū: ⁊ ꝑꝑ ciboꝝ diuersitatē accidit stōcho diuersitas trāsmutationū: ꝑꝑ q̄s nō pōt cibū suo mō amplecti: ⁊ ad hoc seq̄t̄ inclinatio ad expellēdū aut supius aut īferiꝰ: sȝ qñ cibꝰ est paucus aut ex ordine debito sumptꝰ ⁊ nō diuersus stōchus voluptatur in eo ⁊ vno mō amplexat̄ ipm: ⁊ iđ difficulter ipȝ derelinqt: ⁊ hoc est ipm eē auarū eiꝰ qꝛ auidū: ⁊ iđ nō euāt medicina nisi difficulter: ⁊ ꝑꝑ hoc ad custādū nocumēta q̄ possent ꝯtingere ex remanētia pharmaci ⁊ hūoꝝ in stōcho: opȝ hec corpa regi regimine dicto. ¶ Nō 4° q̄ ex hoc re-

F gimine dicto si diu aut multis diebꝰ seruaret̄: sequerent̄ magna nocumēta. Nā ꝑ cibi nō digererēt̄. 2° multiplicaret̄ hūoꝛ malus ꝑ indigōnē. 3° ab his hūoribꝰ cū vie plīm sint viscosi vie oppilarent̄. 4° hūores aliq quos itēdimꝰ euāre igrossarent̄ ⁊ icrudarent̄. 5° euō fieret difficilior. Et ex hoc pȝ q̄ an̄ euōnē hoc regimine nō vtēdū est multo tpe: imo vno die imediato euōni. An̄ uo illū diē sumēdi sunt cibi nō multe q̄ntitatis nec male q̄litatis ⁊ debito ordine ⁊ subtiliatiui ⁊ abstersiui viplīmū: ⁊ hoc facit hūorē digestū ⁊ cānales aptos: qđ medicus multū desiderat ī euōne qñ ante ꝑ vnū diē vtimur hoc regimine: qꝛ cibi ⁊ res male ex illis gñate nō vadunt cum parte notabili ex stomachū ⁊ intestina: ⁊ sequēti die euant̄: ⁊ illorū nocumentum nō est notabile nec ipediūt vias strictas ad q̄s nō vadūt ⁊ fit iuuamētū relaxandi stomachū: ⁊ iđ sequitur in corporibus dictis iuuamētū sine notabili nocumēto ad modū loquendi medicorum: ⁊ est faciendum. Et tn̄ ex hoc solue

G dubium hic moueri solitum de virtute canō.

¶ Et scias q̄ vomitꝰ ⁊ vētris solutio ⁊ q̄ eis assimilant̄ nō attinēt ei q bono vtit̄ regimie: qm̄ ille q bn̄ regitur nō indiget nisi eo qđ sit istis leuiꝰ: ⁊ fortasse excusabūt ea exercitiuȝ ⁊ fricatio ⁊ balneū. Ampliꝰ: si eiꝰ corpꝰ repletū fuerit plurimū talis repletiōis q̄lis est ipsiꝰ erit ex eo q humoꝝ melior ē. s. ex sanguine. Minutio igitur est illud qđ ad ipm mūdificādū erit necessariū ⁊ nō vētris solutio.

H ¶ Hic est canō. scđs ⁊ est de corporibꝰ ineptis ad vomitū ⁊ solōnē vētris: dicēs q̄ vomitꝰ ⁊ solutio vētris ⁊ alia q̄ istis assimilant̄ nō sunt ꝯuenictes illi qui bono regimine vtit̄: ⁊ rō est: qꝛ ille qui bene regit̄ non indiget nisi leuioribus ad sup̄fluitates expurgādas: sicut exercitio ⁊ fricationibus ⁊ balneo. Itez ēt si pur isti corpori accidat repletio euāda: tūc repletio nō est nisi ex humore laudabili q est sanguis: mō ad euōnē talis repletionis: ita q̄ corpus mūdificet̄ sufficit flōmia: ⁊ nō requirit̄ ventris solutio. ¶ Nota igit̄ ꝑ q̄ corpꝰ vti bono regimine icludit duo: ꝑ q̄ illud regimen sit bonū absolute. scđo q̄ sit bonum illi qui eo vtitur. Ex eo sequit̄ q̄ ille qui vtit̄ absolute bono regimine oȝ esse temperatus. Nam regimen simplr̄ bonū nō est ꝯueniēs nisi tēperato: qꝛ distēperata indigent regimine alio qđ tēperato nō eēt ꝯueniēs. Et ex hoc sequit̄ canonis verificatio: nā si corpus est tēperatū ⁊ vtit̄ regimine tēperato tūc seruat̄ ī suo tēperamēto: ⁊ ꝑ ꝯns nō indiget euōne nisi nālium sup̄fluitatū que euant̄: aut nālis

Cōtra solam hꝰ scđi canonis ē ꝑmo sententia Gal. q̄rto de vtilitate particulaꝝ. c. 27. dicētis q̄ bene faciebāt illi medici antiqui q sanos a cibo et vi vomitu singulo mense consulebāt ⁊ plura alia. Et si secūdo sentētia Rasis quarto

I caloꝛe:aut si est alterius indigētia est exerciciū ⁊ fricatio ⁊ balneū ⁊ alia q̄ ad regimē ipsaꝫ q̄li ptinere videnť. Et hec sūt dicta 3ª pmi. ❡ Scḋo nota:ꝙ si in regimine bono in q̄li q̄ ad cibos accidat erroꝛ i quāto:tūc fit repletio sanguinis laudabilis i istis corpib⁹:⁊ ꝑ ꝯñs talis repletio dꝫ moueri cū eūone sibi ꝓpria q̄ est flōmia. ⁊ iō Hy. putauit hāc ptē scḋaꝫ cañ. debere intelligi ꝙ si accidit erroꝛ in regimine bono in q̄li:q2 abūdat i quāto tūc ꝯuenit flōmia. Hec tñ expositio mihi nō placet. Nā Aui. in isto cañ. appropriate loqť de corpib⁹ vīctib⁹ bono regimine:sꝫ regimē peccās in quāto nō est regimē bonū:iō nō loquitur de his quoꝝ regimē peccat i q̄ntitate. Cōfirmať. Ex augmēto in q̄nto cibo quātūcūqꝫ boni sequiť indigestio vel segs̄:sꝫ ad indigestionē seqť augmētū flegmatis qḋ digne eūať aut pharmaco:aut vomitu. ḡ ad augmētū cibi pōt sequi necessitas alteri⁹ eūonis a flōmia. Puto ḡ Aui. loq de regimine tēpato ⁊ bono in quāto ⁊ q̄li. Sꝫ q2 regimē

Almāsoris dicēte. Homines semel i mēse vel bis vomendū ē ⁊c̄. Possumus dicere ꝙ Gal. ⁊ Ra. loquuntur de vomitu ꝓuocatiuo leniter cū cibariis vel ipositione digiti in oreꝰ pēne intincte in oleo. Aui. do loquitur h de vomitu qui ꝓuocatur cū pharmacia.

K bonū fm aliquos medicos nō est in pūcto:imo aliqḋ tale magis declinat ad latus grossi:⁊ aliqḋ magis ad latus subtilis. Et silr corpa tēpata nō sūt pūctualr vnius modi fm medicos:sꝫ q̄dā pax ad extremitatē declinantia. Ex quibus causis accidit ꝙ magis repleť vnum corpus hñ rectum q̄ꝫ reliquū. Accidit ēt ꝙ regimē dꝫ variari in estate ⁊ vere ⁊ hyeme:q2 in hyeme cibi debēt esse ampliores ⁊ sanguis amplioꝛ. Uult ḡ Aui. ꝙ ex his oībus varietatibus regimine existe infra latitudinē regiminis tēpati nō surgit necessitas pharmacādi aut vomitū ꝓuocādi:imo plurimū sufficit exerciciū:fricatio ⁊ balneū:⁊ qbusdā fortius:⁊ quibusdā debilius. Os si ex nā sua corpus sit aptū cadere i repletionē ifra istam latitudinē ꝑcipue ꝓp hyemis dispōnē:tūc illḋ qḋ multiplicať ē sanguis. Si. n. tātū excederet q̄ntitas assumptoꝝ ꝙ alius humoꝛ plus multiplicareť aut seorsū:tūc illud regimē nō esset bonū:sed

L stat ꝙ cū bono regimine i q̄nto ⁊ q̄li multiplicať supfluitas expellēda fricatiōe ⁊ balneo ⁊ exercitio. Stat ēt tāmē sanguinē multiplicari in hyeme vt in vere sit postea repletio idigēs flōmia. Et iō Aui. tertia pmi nō negauit ex toto vsum balnei in regēdo tēperatū:nec vsum fricationū:nec exercitiꝫ:sꝫ vsuꝫ pharmaciaꝝ dixit purgare ⁊ inexcrare:⁊ iō corpora exerceri debēt. Gal. Ho 2º regiminis sanoꝝ dixit ꝙ artis ꝯseruatiue nō est noscere motus qui a pharmacis. Et iō dixit scḋa pticula afo. Sana habētes corpora pharmacis purgari exoluunť:sed flōmia nō negat:⁊ hoc puto verum:⁊ hanc esse veram expositionem.

❡ Cū aūt minutio necessaria fuerit ⁊ vētris solꝰo:ex aliquo qḋ sit vt elleborus ⁊ violēte

M medicine:a minutiōe icipe debes qm̄ h ē ex ꝑceptis Hip. i li. epidimiarū:⁊ hec ē ꝟitas.

❡ Et silr si hūores fuerit flegmatici cū sanguine mixti. ❡ Os si viscosi ⁊ fridi fuerit fortasse minutio grossitudinē ⁊ viscositateꝫ eis augmētabit. Incipiēdū ḡ erit a solꝰone vētris ⁊ ad sūmū si hūores fuerit eq̄les ꝑmitte minutionē:⁊ si postea superabūdauerint eūa. ❡ Os si eq̄les nō fuerint in primis supabūdātē eūa hūorē donec equetur:postea minuē.

❡ Hic est tertius cañ. ⁊ est de cōperatione pharmacie in ꝑparādo ad flōmiā. Et diuidiť in tres ptes. Primo ponit cañ. siue regulā. 2º ondit qd faciēdū est qñ vnū istoꝝ est ꝑmissuꝫ ⁊ remanet alterius indigentia. 3º docet cognoscere qñ est erratū in ꝑponēdo qḋ postponendum erat. 2ª ibi. [Et ei.]3ª ibi. [Preterea multotiens.] In pª parte

N Aui. ponit quinqꝫ ptes ex quibus cōpleť regula. ❡ Pͥo dicit ꝙ qñ in vno ē necessariū flōmia ⁊ ventris solꝰo siue vomitus cū aliqua violētia vꝉ violētꝰ medicina sicut elleborus:tu debes incipe a flōmia:qm̄ est ex ꝑceptis Hip. in lib. epidimiarū:⁊ est veritas. ❡ Scḋo dicit ꝙ silr dꝫ pmitti flōmia si humores sunt flegmatici permixti cū sanguine. ❡ Tertio dicit ꝙ si hūores fuerint viscosi fortasse minutio impedit q2 augmētabit eoꝝ viscositatem ⁊ grossitiem:⁊ iō in hoc incipiendū erit a solꝰone vētris. ❡ Quarto dicit in sūma ꝙ si hūores peccātes sunt equales ꝑmittēda est minutio:⁊ postea si aliqd supabūdauit eūa ipm. ❡ Quinto dicit ꝙ si humores nō sunt equales eūa dn̄antes donec equenť:postea minue. ❡ Circa ptēꝫ

O ḡ nōḋ:ꝙ corpora indigētia flōmia ⁊ pharmacia dicunť talia:q2 tūc debite vtraqꝫ istaꝝ administrāda sit:sꝫ quia in corpore dispōnes actu vꝉ ꝓpinqua potētia ꝓꝑ q̄s vt phibeanť vel remoueanť iste due sunt faciēde. ❡ Nō scḋo ꝙ in vidēdo qñ dꝫ ꝑmitti flōmia an̄q̄ꝫ pharmacuꝫ: opꝫ examinare nocumēta que sequunť ex premissiōe ⁊ videre que pōderant. Et q2 in solꝰone q̄onis hic moueri solite manifestabunť:iō pro dubio queriť ⁊c̄. Dō. I.

Utrum existente necessitate flōmie ⁊ pharmacie sit semp ꝑponenda flōmia. ❡ Ad ptē affirmatiuā arguiť pͦ sic. Eūo vlis est ꝑponēda pticulari:sꝫ flōmia est eūo vlis. ḡ ⁊c̄. Minoꝛ pꝫ ex diffōne flōmie:maioꝛ est Mesue in cap. de cura sode absolute cū dicit:in omni gdē pticulare vli postponi debere. ❡ Cōfirmať idem ex Aui. prima tertij. ca. illo:cum m̄ām. Nā ibi dixit ꝙ si aliqñ hūores sunt sanguini mixti:tūc dꝫ ꝑmitti flōmia ⁊ dat cām:qm̄ flōmia est cōis humoꝝ eūo. ❡ Scḋo sic:in cura egritudinū incipiendum est a faciliori remedio ⁊ tutioꝛ:sꝫ flōmia est facilius ⁊ tutius remediū q̄ꝫ pharmacia. ergo ab ipsa est incipiendū.

Hoc idē dubiū mouetur ꝯtra Gal. in loco simili.

P Maioꝛ patuit supra ca. pͥ:minoꝛ pꝫ ex Gal. 2º regiminis acutoꝝ:sup illo passu sic dicente. Porro si passio super diafragmate ⁊c̄. ❡ Tertio sic. illarū eūonum ea dꝫ premitti q̄ plura facit iuuamēta:hec aūt est flōmia:igiť ⁊c̄. minoꝛ pꝫ:q2 medicus non dꝫ differre auxiliū:vt dicitur a Mesue in suo de appropriatis. Minoꝛ pꝫ q2 ꝯuenit peccato in quāto ⁊ peccato in q̄li:sꝫ pharmacia solū peccato in quali. ❡ In oppositū ꝙ nō sp sit ꝑmittēda flōmia est Aui. q in pluribꝰ casibus pharmacū ꝑmittit. ❡ Pro solutione dubij nō. pͦ ꝙ vētris solꝰo cuius necessitas cōiungiť necessitati flōmie qñqꝫ est fiēda cū pharmaco forti euacuante exsoluēdo:sicut qñ humores mali fixi aut multum distantes sunt eūandi:qñqꝫ aūt est solūmō cū medicina leni opante leniēdo aut lubricādo aut lubificādo:sic

Q verbi gratia:cum est necessitas euacuādi m̄ās in vijs ductuū existēte cū pulpa cassie:aut syrupo violato:aut clystere lenitiuo ⁊ silib⁹. ❡ Scḋa distinctio:necessitas humoꝝ euacuādoꝝ ꝑ pharmacum in casu necessitatis flōmie ⁊ pharmacie:qñqꝫ est hūorū mixtorū cū sanguine intra venas:⁊ qñqꝫ extra venas existētiū. ❡ Tertia distinctio:humores peccātes intra venas cū sanguine qñqꝫ sunt valde vicini nāe sanguinis ⁊ sanguini mixti multum:⁊ qñqꝫ multū a sanguinis nā recedētes. ❡ Quarta distinctio:humorū eūo in hoie eūando indigēte flōmia:sicut pharmacoꝝ aut est gratia minorādi:aut gratia eradicandi:aut gratia diuertendi ab aliquo mēbro. Exēpla satis patēt in dictis supra. ❡ Quinta distinctio:humores mixti cum sanguine. aut sunt equaliter augmentati. i. eque proportionabiliter:aut inequaliter:hec pꝫ ex mō loquēdi Aui. ❡ Prima suppō:flōmia lꝫ sit cōis hūorū eūo in venis existium: tñ plurimū qḋ ꝑ ipāꝫ eūať est sanguis g est sicut frenū extremoꝝ humoꝝ. s. cholere ⁊ flegmatis. Prima ps pꝫ ꝑ experiētiam

A experiētiā:τ per diffinitionē flōmie τ per Auic.τ Gal.in capitulis τ locis de flōmia.Et 2ª pars pz:q: aliter ex flōmia nō timeremus ebullitionē cholericoꝝ aut incrudationem flegmaticorum:vt infra dicetur in ca.de flōmia.
⸿ Scđa suppositio:lz tam a flōmia q̄z pharmacia fiant humorū agitationes:tñ magis agitant̄ humores τ spūs a pharmaco forti q̄z a flōmia forti.Pria pars pz:q: 22ª tertij:di: q̄ flōmia facit arcescere humores.2ª pars pz:q: opz cum violētia trahi humorē qui in suis qualitatib⁹ alterat̄:τ hūores ad stomachū attrahunt̄ multotiēs causa fortis agitatiōis.⸿ Tertia suppositio:humores nō multū grossi nec viscosi in venis exñtes citius τ facili⁹ cūant̄ per flōmiā q̄z p pharmacū:pz q: per breuiorē τ latiorem viā.⸿ Quarta suppositio:mi:q̄z est premittenda flōmia pharmacie aut econtra a medico:nisi q: meli⁹ est ita facere:hoc nō probat̄:q: nō solū ars:sz nā ipa semper agit pp meli⁹.⸿ His habitis sit p̄ma ꝯclo:stāte necessitate pharmaci solum lenientis τ flōmie est p̄mittēda pharmacia
B Hec ꝯclusio pbat̄:q: incipiēdū est a leuiori adiutorio τ lenitiuū pharmacū est huiꝰ.igit̄ τc̄.Scđo pz q: per tale pharmacū cūant̄ māe cōes in vys ductuū exñtes:quaꝝ magna ps traheret̄ ad venas ipsis inanitis: vt ergo hoc nocumētū vitet̄ p̄mittēda est huiꝰ pharmacia:vñ Auic. infra videlicet in.c.de flōmia:vult q̄ qñ vēter ē stipticus p̄mittat̄ clystere aut lenificatio.⸿ 2ª ꝯclo:exñte necessitate pharmacie fortis τ exoluēdo cūantis τ flōmie p̄mittēda est flōmia.Hec pbat̄ duplici cā:vna q: flōmia est leuius auxiliū.Et 2ª q: p ipsaz pbibet̄ periculum fortis agitationis in talib⁹ hūorib⁹ q p ipsaz sunt cūati: vtputa sanguine τ cholerainā nō p̄cedente tali cūone cū illi sint superflui τ a pharmaco fortiter agitent̄ periculū est ℏ casu in febrē:aut de humoꝝ ebullitione τ malignatione: τ hāc voluit Aui.auctoritate Hip.⸿ 3ª ꝯclo in cūonib⁹ faciēdis gr̄a minorationis māe aut gr̄a diuersiōis:dz semp flōmia p̄mitti.Ista pbat̄ q: in alys cūonibus q̄ p̄mittuntur quāto cūatio est vniuersalior tanto magis p̄mittitur: sz iste cūones minoratiue aut diuersiue p̄mittūtur alys. ergo quāto cūatio est vniuersalior tanto magis premitti dz.Itē q: p ipsas citius sequit̄ intētū diuertēdi aut minorādi:τ iō Aui.p⁹ tertij voluit ēt q̄ si hūores aly a sanguine peccēt τ sanguini mixti:incipiēdū est a flōmia.s.p diuersione aut minoratione.⸿ 4ª ꝯclo:in cūonib⁹ faciēdis eradicatiue si humor peccās ali⁹ a sanguine cūandus est extra venas τ in vys ductuū premittēda est pharmacia: hoc pz ex p̄ma:nam pharmacū in isto casu cōueniens est lenitiuū aut valde leue:qđ p̄mitti dz vt dictū est in p̄ma ꝯclone.⸿ 5ª ꝯclo:tali humore exñte lōge a vys ductuū p̄mittēda est flōmia:pz q: in talis humoris cūone indigemus forti pharmaco:τ in isto casu icipiēdū est a flōmia: vt dixit 2ª ꝯclo.⸿ 6ª ꝯclo:stante dicta necessitate vtriusqz cūonis si hūores fuerint sanguini mixti τ nō multuz
D a natura sanguinis distātes p̄mittēda est flōmia:pbatur q: p ipsaz tales hūores cūant̄:τ hanc voluit Aui.in lr̄a cū dixit.Qz si fuerit flegma mixtū cū sanguine incipiendū est a flōmia.s.qñ fuerit vicinū nature sanguinis:τ tu idez intellige de cholera.⸿ 7ª ꝯclo:stante tali necessitate τ humoribus multū a sanguinis nā distātibus premittenda ē pharmacia.Et hoc est qđ Aui.intelligit cū dicit infra in.c. de flōmia.Caue ne egrū ad alterā duaꝝ rerū perducas: aut ad humorū flegmaticorū incrudationē:aut cholericorū ebullitionē:τ hoc vult hic cū dicit.Qz si viscosi τ frigidi fuerint τc̄.Et per has ꝯclones putat Dy.satisfactuz eē dubio τ canoni.⸿ Sed ꝯ p̄mā ꝯclonē arguitur sic.Possibile est esse egritudinem pendētē a sanguine in qua est timor de morte infirmi si quod facere debemus distulerimus:sed in tali incipiēdū est a forti medicina qđ est flōmia respectu lenitionis vētris.ergo possibile est q̄ stāte necessitate lenificationis τ flōmie icipiēdū est a flōmia.
E Assumptum pz in acutissimo apate τ in vera squināntia τ apoplexia sanguinea τ silib⁹.Et minor est Aui.supra 4ª huius.c.p̄ huius:vñ Aui.dicit p̄ma tertij.c.de apoplexia. Regimē ꝯo huius:que fit ex sanguine est flōmia in hora illa:τ per ꝯsequēs nō opz tardare p̄mittēdo lenificatiua precipue si necessaria sit lenificatio pro stōcho aut p intestinis gracilibus:qbus clystere nō sufficit:τ in multis similibus casib⁹:vt pcussionibus τ vulneribus p̄mittit̄ flōmia lenificationi ne pp tp̄is lapsum multū augeat̄ dispositio timorosa dū fit lenificatio.⸿ Cōtra scđam cōclusionē argui† sic.Humore aliquo alio a sanguine multuz superāte:incipiēdū est a pharmaco τ ab alia hūoris cūone:sz in hoc casu est necessitas pharmaci fortis exoluēdo cūantis:puta si hūor sit melācholia aut flegma grossuz. ergo stante necessitate fortis pharmaci aut flōmie icipiēdū est qñqz a pharmaco:pz ꝯña.maior est Aui.in can.τ
F p assumpto est 7ª ꝯ quā ēt Dy.ꝯcedit.⸿ Cōtra tertiam argui† sic.In febre flegmatica humoribus flegmaticis multū dñantib⁹ cūones faciēde in p̄n⁹ sūt gr̄a minorationis vt cōstat per oēs auctores:sz p̄mittēdum ē tūc pharmacū ne flegmata cūato sanguine incrudarent̄.ḡ supposita horū necessitate p minoratiua cūone non semp incipiendū est a flōmia.⸿ 4ª ꝯ sic improbat̄:sicut p̄ma:pp hec τ multa silia.Uidet̄ mihi q̄ iste ꝯclones nō sint ita absolute ꝯcedēde:vt fecit Dy.sz Aui.voluit q̄ stāte equali necessitate flōmie τ pharmacie τ eq̄li pīculo tā i mora q̄z in p̄termissione vnius eaꝝ sicut alterius sunt regule supraposite seruāde pp veritatē nocumentoꝝ τ iuuamentoꝝ que sequunt̄ ad p̄positionē vel postpositionē alteri⁹ eaꝝ.Uidet̄ 2ª q̄ ad integre saluādū opz addere indicatione sūpta a dispōne illa quā Aui.narrat in lr̄a:verbi.g.
G indicatiōe sūpta ad ℏ qđ est necessitas pharmaci fortis sicut ellebori:τ flōmie premittenda est flōmia:posset tñ eē q̄ premittēda esset pharmacia ex alia cā:puta q: si flōmia p̄poneret̄ humor incēderet̄ τ fieret cūoni ineptior. Et hac glossa posita constat q̄ hec argumenta facta ꝯtra conclusiones non procedunt.

⸿ Et ei q añ minutionē p̄miserat medicinaz cū minutionē p̄mittere debebat postponat minutionē dieb⁹ paucis: τ cui paruuz intercessit spaciū ex quo minut⁹ fuit τ cūone idiget medicinam sumere est ei cōueniētius.

⸿ Hic docet qđ sit faciēdū qñ vnū istorū est p̄missum τ alterū istorū dz seq qđ erat p̄mittēdū.Et s̄m Dy.expositionē ponit duos casꝰ.quoꝝ vn⁹ est correctiu⁹ erroris preteriti.Alius est ad vitādum errorē qui contingere posset.
⸿ Prim⁹ ē iste.Si qs dz p̄mittere flōmiā τ p̄misit pharmacū nō stati p⁹ pharmacū dz flōmare:imo dz flōmiaz
H postponere.sz paucis dieb⁹.⸿ Scđs casꝰ ē q̄ illi q p̄misit flōmiā τ idigēt cūone ꝯueniēti⁹ ē sumere medicinaz. Prim⁹ casꝰ intelligit̄ vt iacet.Et sunt due cāe posite sue veritatis.Prima q: in pharmaco fit fortis motus τ in flōmia ēt fit motus τ duo motus nō sunt inuicē cōiungēdi: q: nā nō bñ tolerat.2ª est q: pharmacū facit in sanguine agitationē:flōmia ēt cōmouet sanguinem.Timendū ergo est ne ex motus nimietate accidat furia: pp has ergo cās nō dz cito post pharmacuz flōmari:verbi gratia:sequēti die:sz q: iste indigebat flōmia:certum est q̄ ibi est sanguis indigēs cūone:ideo non debet multuz expectare sed paucis diebus dz postponere flōmiaz.⸿ Sed dicet aliquis:mihi videt̄ q̄ p has duas causas ēt si p̄missa est

Cā aūt necessitatis farmacie fortis τ exoluēdo cūantis pōt eē q̄druplex.p̄ma ē fortitudo vl ferrū i resistēdo lenitioni. scđa est grossities seu viscositas humorū eiiciendorum. tertia est continua infiltratio in mēbris i qb⁹ sūt. q̄rta pōt esse magna corū distantia a vijs expulsionis τc̄.
C

I flõmia postponẽdũ esset diebus paucis in pharmaco:q₂ duas causas debilitatis ⁊ duos mot⁹ agitationis oportet hunc ita tolerare sicut ꝑmũ:⁊ per ꝯñs si illa nõ sit cadez dic facienda nec ista cadẽ esset faciẽda. ❡ Dicendum ꝙ non est silr̃ cã est:q₂ motus q fit a pharmaco est fortis: ⁊ post fortẽ nõ ita statim toleret mediocris sicut ecõtra. Unde post forte ⁊ velox exerciniũ si ꝑcipiat̃ imediate ẽt leuis cursus aut leuis colluctatio nõ tolerat̃ sed bñ post. Uix eñi sufficit virtus cũ quiete ad regendũ corpus:nec sufficit parua mora ad reditum ad notabilẽ vigorẽ: silr̃ ligna postq̃ sunt vehemẽter disposita ad accendendum omnis parua scintilla sufficit accendere:⁊ omnis paruus contactus a flãma sufficit inflãmare:sicut videm⁹ in candela nouiter extincta. Et si sit facta ꝑus parua calefactio modica incurrente mora redit ad similem resistentiam priori:⁊ iõ põt tãtã tolerare flãme approximationẽ q̃tã prius anteq̃ₓ incenderet̃. Quia ergo necessitate existente

K flõmie premisso pharmaco sanguis ⁊ alij humores agitãtur ⁊ calefiũt multũ ⁊ virtus multũ debilitat̃:opꝫ interuenire aliquos dies anteq̃ₓ toleret alium motũ debilitatiuũ ⁊ inflãmatiuũ:sꝫ q₂ flõmia nõ ita agitat nec ita debilitat: ideo post illã puto ita nõ esse indigẽtiam tanti temporis ad tolerandũ pharmacũ.⁊ iõ ſm hãc introductionez pꝫ cañ. ❡ Scdo introducet̃ faciliter in ꝓposito:dicendo ꝙ mens Aui.est:ꝙ si qs indigẽs pharmaco solutiuo ⁊ flõmia debilitet ꝑmittere ipꝫ flõmie:sꝫ añ pharmacũ ꝑmisit flõmiã ita ꝙ facit ecõuerso q̃ₓ ille de quo in ꝑmo canone dixerat. Isti eniꝫ est cõueniẽtius sumere pharmacum q̃ₓ ꝑori eẽt ꝯueniẽs facere flõmiã:⁊ iõ minus tꝑs opꝫ interuenire:q₂ motus a flõmia est minor ⁊ debilitatio:⁊ iõ minor mora sufficit ad sustinẽdũ modũ ⁊ restaurãdum debilitatẽ. ❡ Dynus aũt hũc cañ.introduxit duob⁹ modis:vn⁹ est ꝙ si ꝑcesserit ꝑ paruũ spatiũ flõmia in illo q indiget alia euõne:eo ꝙ alius humor a sanguine in eo est multiplicatus:⁊ de hoc pꝫ in eo ꝙ est cõuenientius administrare medicinã q̃ₓ flõmiã:vt dictũ fuit in parte ꝑcedẽte. Et q₂ hic sensus supradictus erat non est putanduz ꝙ Aui.hic intẽderit istud. ❡ Scds sensus cañ.põt eẽ ꝙ si qs premisit flõmiã paruo tꝑe:⁊ superuenit sibi casus aliqs ab extrinseco:puta ꝑcussio in aliquo mẽbro ꝓꝑ quem casum euãndus sit:nã isti euãndi sunt vt habebitis ĩfra:tũc cõueniẽtius erit ei sumere medicinã q̃ₓ flõmari. Et cã est ne accidat nimia euõ sanguinis ⁊ virtutis prostratio cuꝫ premiserit flõmiã parũ ante:⁊ vt supponit̃ in cañ.⁊ ideo dicit Dy.ꝙ ille est vnus de casibus in qbus pharmacia excusat a flõmia. ❡ Sed ego hunc scdm sensum nõ puto verum.ꝑmo q₂ facit Aui.diminutum qui cum docuisset qd faciẽdum in eo qui indigens vtraqꝫ euõne ꝑmisit pharmacũ nõ diceret qd faciẽdũ si premisisset flõmiaꝫ. Scdo q₂ magis debilitat̃ virtus ex pharmaco ꝑcipue solutiuo q̃ₓ ex flõmia. Et iõ si ꝓꝑ dbilitatẽ dimittit̃ flõmia multo magis dimittendum est pharmacũ in casu suo.3° q₂ humor currens ad locũ ꝑcussionis est sanguis:⁊ per pharmacũ agitat̃ ⁊ nõ euat̃:⁊ ideo magis curret ad locũ ꝑcussionis.4° q₂ si posset verificari cañ.in aliquo casu nõ tñ vtplurimũ nõ verificaret̃:vt qñ flõmia nõ ꝑfuisset multũ copiosa:nam post sanguinis multum fluxum ex naribus vel ex vulnere videmus precipi flõmiam: ⁊ iõ puto expositionem meam meliorem.

Nõ tñ ꝙ si cõstaret medico post factã flõmiã ex ꝑcedẽ signis significantibus dñium sanguinis ⁊ꝙ hũor superexcrescẽs eẽt sãguinis:t̃c eẽt faciẽda flõmia ⁊ nõ purgatio cũ pharmacia vt vult Gale. ꝯ.serapẽ.c.3. cũ dicit:plenitudinẽ ⁊ cẽ. Qñdo aũt nũq flõmatus põt i sãguine abũdare ⁊ indigere iterꝫ flõmia collige ex sigis positis ab Aui.3° ꝑmi doctria 2° ca 7.cũ dicit. Ampli⁹ q cõsueuit multuꝫ comedere carnem ⁊ cẽ.

L

M

❡ Multotiẽs ꝑterea ex haustu medicie ille q minui dẽbebat ꝑuenit ad febrẽ ⁊ ad estuationẽ. Et si ex eis que quiescere faciũt nõ quieuerit scias ꝙ minutionẽ ꝑmittere debebat.

❡ In ista pte docet cognoscere ꝑ signa vnum errorẽ in ordine harũ euõnuꝫ. Et dicit ꝙ multotiẽs ex haustu medicine ꝑuenit̃ ad febrem ⁊ estuationẽ:⁊ si febris nõ quiescit ex illis que quiescere faciũt:tũc scias ꝙ ille debebat premittere flõmiã. ❡ Nota ĝ ꝙ multotiens pharmacum administratũ in corpe indigẽte flõmia facit febrẽ ꝓꝑ caliditatẽ suã ⁊ agitationẽ humorũ:⁊ ꝓꝑ caliditatem acris ⁊ similiũ. Sꝫ qñ nõ est humor paratus inflãmari plurimũ facit effimerã ex spũum inflãmatione:talis aũt sedatur cũ illis que aperiunt leuiter ⁊ infrigidant vt aqua ordei ⁊ silia. Sꝫ si febris accidit que ꝑ ista nõ sedat̃:tũc est humoralis:imo signũ est ꝙ qñ pharmacũ fuit datũ erat ibi humor aptus inflãmari q pharmaco nõ euacuat̃:⁊ talis est sanguis:⁊ iõ debuit ꝑmitti flõmia ne inflãmaret̃: ⁊ sic pꝫ veritas cañ.vt in pl'ibus. Nã nõ est dubiũ ꝙ possent esse alij humores a sanguine q agitati mouent̃ ad putredinẽ ⁊ absqꝫ agitatione non fuissent moti.

N

O

Nõ tñ ꝙ non obstãtibus febre ⁊ adustione ⁊ pharmacia ꝙ flõmandus est eger paucis dieb⁹ post pharmaciã assumptã: ⁊ hoc si virt⁹ ferre sufficiat vt nã sua antẽrior ⁊ potẽrior sup residuo sãguinis regẽdo ⁊ defendẽdo a putrefactione.

❡ Non oẽs ꝑterea euõnes sunt necessarie ꝓꝑ supfluitatẽ repletionis:imo qñqꝫ sunt necessarie ꝓꝑ egritudinis magnitudinẽ: ⁊ ꝓꝑ repletionẽ ſm qualitatẽ ⁊ nõ ſm quãtitatem.

❡ Hic est q̃rtus cañ.de ꝑncipalibus in q̃ vi enumerare cãs ꝓꝑ quas faciẽda est euõ:⁊ dicit ꝙ nõ ois euõ est necessaria ꝓꝑ supfluitatẽ repletionis:imo qñqꝫ est necessaria ꝓꝑ magnitudinẽ egritudinis:qñqꝫ ex superfluitate repletionis ſm qualitatẽ ⁊ nõ ſm quãtitatẽ. ❡ Circa quẽ cañ.nota:ꝑmo ꝙ iste cañ.est cõis oi euõni: nõ obstante ꝙ Aui.hic ꝑncipaliter intendat de vomitu ⁊ solutione. ❡ Nõ 2° ꝙ ois euõ debetur rõne alicuius preter nãm remouẽdi:qđ aut est actu preter nãm: aut in propinqua potẽtia:⁊ q₂ oẽ tale est replens ⁊ q̃ntũ:ideo ois euõ cõueniẽter debet̃ rõne repletionis in q̃tto. Quia tñ aliqs humor lꝫ sit q̃titate sua magna nocẽs:hoc facit ꝑ qualitatẽ nõ ꝙ q̃titatis excedat mensurã sub qua debet esse hũor nãlis:ideo dicimus qñqꝫ euõnẽ cõuenire ꝓꝑ repletionẽ in qualitate ⁊ nõ in q̃titate:q₂ non est ibi peccatũ in q̃tto ꝑpãliter:sed ad intelligẽdũ qñ aliqua euõ est necessaria ꝓꝑ magnitudinẽ egritudinis non ꝓpter repletionem in q̃tto ⁊ quali:non opꝫ credere ꝙ magnitudo egritudinis indicet euõnem debere fieri sine peccato humorum in q̃tto ⁊ quali q sit presens aut in potentia propinqua:naꝫ hoc esset falsum. Humor enim nõ euacuatur nisi faciat nocumẽtũ:aut sit in propinqua potentia ad hoc faciẽdũ: ⁊ hoc erit ꝓpter q̃titatẽ aut ꝓpter qualitatẽ:⁊ ideo erit ꝓꝑ peccatũ in q̃tto aut in quali:sed intelligit̃ ꝙ nõ existẽte ꝑncipaliter peccato ſpãli in quali:nec in q̃tto:qñqꝫ ꝓpter magnitudinẽ egritudinis euãndum est:q₂ timetur ne ꝓꝑ illud humor fiat hoc modo peccãs:verbi gratia:si superueniat magna ꝑcussio in corpore mundo vel si in corpore pauci sanguinis superueniat pleuresis vera fortis:in q̃ ꝓꝑ dolorem timeatur de cursu sanguinis ad locum euacuabit̃ sanguis ⁊ in multis silib⁹ in qb⁹ si passio esset parua nõ timerem⁹ ꝙ humores malignarent aut currerent ad locũ vbi post essent superflui:⁊ per hunc modũ intelligit̃ cañ. ❡ Et pꝫ solutio dubij hic moueri soliti.s.vtꝝ magnitudo morbi indicet de euõne nõ existẽte peccato in q̃tto ⁊ q̃litate humorũ. Dicendũ enim ꝙ nõ existẽte actuali peccato magnitudo morbi mediate significat ⁊ indicat de euõne:q₂ indicat futurũ esse tale peccatum nisi fiat euõ: lꝫ pro tũc nõ imediate hoc indicaret vt magnũ vulnus. ❡ Sed q₂ hic dicit Aui.morbi magnitudo vt intelligat̃ qñ a medicis dicit̃ morbus magn⁹:notandum ꝙ dicit̃ magnus improprie:q₂ intẽsus:⁊ sic habetur particula prima afo.in cõmento illius afozismi. Qui crescũt. Medici aũt vocant morbum intẽsuꝫ:quia multũ ledẽs operationes.

P

Q

Et ꝓꝑ hoc galie.in ꝑ° ꝑticula afo.i cõmẽto illius afo.ꝙ egerant ꝯsulit flõmiã vsqꝫ ad sincopim.

A nes. Nō enī quā est morbus est q̄ ledat opationes: h̄ aūt accidit trib⁹ modis in genere vt dicit̄ 3° ⁊ 10° de ingenio. P̄mo q̄ essentia morbi in se sit intēsa vel magna: sicut intēsuz calorē febrilē dicim⁹ magnū rōne sue essentie ⁊ magnū vulnus ⁊ magnū apa. 2° morbus dī magn⁹ rōne dignitatis lese actionis: sicut oppilationē in meri dicim⁹ maiorē morbū oppilatione nasi: q̄ ledit̄ deglutitio in p̄ma que est nobilior odoratu q̄ ledit̄ in scda. 3° dī magn⁹ rōne defectus virtutis disponētis corpus aut totū aut partē mēbri sicut cācrena: q̄ in ea plurimū in mēbro cācrenato deficit virtus vitalis: dicimus morbuz magnū: ⁊ quelibet istaꝝ magnitudinū pōt significare de cuōne humoris nō actu inferētis nocumētū: s3 parati inferre nocumētum: ⁊ ideo sine actuali peccato in q̄to ⁊ quali pp̄ talem magnitudinem facienda est euacuatio.

B ¶ Et multotiēs qdē est cuō necessaria: s3 supuenit aliqd qd̄ p̄hibet: ⁊ nō est ibi īgeniū nisi ī ieiunādo ⁊ dormiēdo ⁊ in emēdādo cōplexionis malitiā que ex repletione p̄uenit.

¶ Hic est 9nus can̄. p̄ncipalis: ⁊ dicit Aui. q̄ multotiens cuō est necessaria: s3 supuenit aliqd̄ accidēs qd̄ p̄hibet fieri: ⁊ in isto casu nō est aliud ingeniū nisi ieiuniū: somnus: ⁊ rectificare malitiaz cōplonis que prouenit ex humore replente. ¶ Notaq̄ accidēs supueniēs qd̄ p̄hibet cuōnez est: sicut verbi gr̄a: impregnatio aut vomitus p̄ quez nec cibus nec medicina retinet̄: aut abominatio infirmi: aut vomitus erant nimia debilitas: aut preparatio ad sincopim. ¶ Nota 2° q̄ Auic. in isto can̄. tria docet remedia. P̄m est ieiuniū: ⁊ istud ꝯsumit oēs hūiditates per accidēs vt dicit Gal. in cōmēto illius afo. Et plenitudine. 2m est somnus: ⁊ iste sup ieiuniū resoluit ⁊ digerit trahēdo calorē ad interiora: vt dī 2° p̄mi. c. de his q̄ p̄ueniūt ex somno ⁊ vigilia: ⁊ iō ista opponunt̄ repletioni. 3m est rectificare cōplonē: ⁊ hoc resistit male qualitati mãe ne mltū ducat corp⁹ ex̄ latitudinē tēpamenti siue extra p̄priū tēperamētū. ¶ Tertio nota: q̄ ista remedia cōueniūt qn̄ isti hūores peccātes fuerint crudi flegmatici vel semicocti: nam per somnū ⁊ ieiuniū isti resoluunt̄ ⁊ maturant̄: nec inde sequitur magnū nocumētū. Cum aūt hi qui sunt in venis humores essent cholerici fortasse ieiuniū ipsos inflāmaret: ⁊ silr somn⁹ sup ip̄m. Unī in his somn⁹ facit caliditatē extraneā: vt apparuit supra in. c. d̄ his q̄ p̄ueniūt ex sōno ⁊ vigilia. Et hinc est q̄ Gal. 4° de regimine sanitatis approbat hūc can̄. his in quoꝝ venis sunt humores crudi ⁊ semidigesti: q̄tūis extra venas abundent humores acres quos vocat origines. Qz si querat̄ qd faciendū est si hūores in venis sunt cholerici ⁊ cuāri nō p̄nt: Dicendū q̄ facimus vt in macilento: de quo dictum est in ca. de quādo ⁊ qualr̄ cuāre opz: ⁊ iō Aui. de isto nō intelligit.

C Quod tertiuz notatū intelligit potissime de duobus p̄mis remediis s. ieiunio ⁊ sōno. Somnus. n. supra ieiunium digerit flegma ꝯuertēdo ip̄m ad nām sanguinis nisi plus debito p̄longet̄: ⁊c.

D ¶ Ampli⁹ cuōnis q̄dā est q̄ est s̄3 modū p̄seruatiōis sicut idiget ille cui podagra euenire solet ⁊ epilepsia ⁊ reliq̄ ab his ī hora cognita ⁊ p̄prie in vere. Ei ergo necessariū est vt p̄seruatione vtatur ante suā horā ⁊ euacuet ea que p̄prie in ipsius egritudine sūt euacuāda: siue sit minutio siue ventris solutio.

¶ Hic ponit 6m can̄. p̄ncipalē. Et vī mihi q̄ q̄ in quarto can̄. innuebat q̄ ois cuō esset faciēda aut pp̄ plenitudinez ī q̄to aut in q̄li: aut pp̄ magnitudinē morbi: ne putem⁹ q̄ p̄pter morbum non sit facienda cuō nisi qn̄ adest: docet quo ⁊ qn̄ non existe morbo in actu sit faciēda cuō. Et dicit tria. P̄rimū est q̄ q̄dam cuō per solez preseruationē sit non admixtā curationi: sicut in illo in quo solet accidere egritudo in hora determinata ⁊ cognita q̄n̄q3 a medico: vt verbi gratia: epilepsia ⁊ podagra ⁊ relique egritudines: ⁊ proprie in vere: in his enim opz cuōnez p̄seruatiuā facere. 2m est q̄ ista cuō d3 fieri an̄ t̄ps illud in quo solet egritudo accidere. 3m est q̄ d3 cuāri hūor q̄ est cuādus qn̄ actu sunt in ipsa egritudine siue cuō illius humoris sit flōmia: vt qn̄ sanguis vel massa sanguinea fuerit in ea: siue fuerit vētris solo ⁊ supple vomitus ⁊ qn̄ alij humores sunt cāe. ¶ Nota p̄mo ex his q̄ dicta sūt. c. p̄ huius semꝑ cuō sit semꝑ gr̄a p̄seruationis: ēt si aliqn̄ p̄seruatio sit curationi ꝯiuncta: vt qn̄ de facto morb⁹ pēdet a mā q̄ cuāt̄. Aui. vult hic q̄ q̄n̄q3 cuō est pp̄ purā p̄seruationem. s. qn̄ morb⁹ nōdū adest: cā aūt ē clara: q̄ cū morbi aliq̄ pēdēt a mā que ꝯgregat̄ anteq̄ illos faciat: cōstat q̄ p̄ illi⁹ materie cuōnem an̄ morbi aduentum erit prohibitio eius.

E

¶ Scdo nō: q̄ dixit in hora cognita q̄ morboꝝ q̄ solēt paroxismaliter affligere: q̄dam sunt qui in determinato t̄pe affligūt ex cōsuetudine: ⁊ isti q̄n̄q3 habēt h̄ t̄ps respectu hoium gn̄aliter: q̄dam aūt eoꝝ respectu huius particularis hois h̄nt certaz periodū: q̄dam aūt sunt alij in q̄bus nō est notū t̄ps in quo solent affligere periodice: q̄a est eoꝝ aduētus nō pp̄ anni t̄pa: s3 forte ex inordinato regimine. Exēplū p̄mi: sicut mania ⁊ podagra q̄ solēt in vere ⁊ autūno periodice moueri. Exēplū scdi: sicut quosdaz asmaticos videmus q̄ patiunt̄ magis in estate: plurimi aūt in hyeme. In illis q̄ quibus estate accidit erit ex propria cā. Exēplum tertij: sicut sunt quidā q̄ q̄n̄q3 incurrant aut epilepsiā: aut tremorē cordis: aut colicā passionē: nesciunt tn̄ dicere quo t̄pe nec q̄to interuallo hoc accidat. Aui. hic nō dedit ex̄m nisi in illis ī q̄b⁹ ē cognita existimatiue hora aduentus egritudinis: nā in istis clarius possumus scire qn̄ faciēda est cuō p̄seruatiua. ¶ Tertio nota q̄ t̄ps in quo plurimū accidūt egritudines q̄ solent exacerbare siue p̄iodice moueri est in vere: ⁊ iō l3 nō oēs exacerbent̄: nā dicim⁹ q̄ in eo p̄prie fiūt tales exacerbationes: q̄ magis: ⁊ h̄ est q̄ Hip. 6a p̄ticula afo. dicit. Quib⁹ flōmia aut pharmacia cōfert hos opz flōmari aut pharmacare in vere. Cā aūt quare magis in vere est: q̄ in hyeme humores oēs quietant̄: in vere aūt est olum cōmotio. Et ob hanc cām quidā medici vocant hāc talē p̄seruationem vlez: q̄ seruātē a morbis q̄ eueniūt a cā vlī respectu hoium ⁊ respectu humorū. ¶ Quarto nota: q̄ in quacūq3 hora cognitum sit egritudinem debere contingere nisi alia cā p̄hibeat d3 medicus illā horā p̄uenire ad euacuādū: ⁊ tm̄ p̄euenire q̄ sufficienter fecerit cuōnē ante t̄ps illius aduētus: q̄ ante morbi aduētū cuōnes securi⁹ fiūt q̄ incho ante morbo: q̄ cū humores sint vtplurimum maligni ⁊ virtus fortior. ¶ Quinto nota: q̄ in tali cuōne cuāndi sunt hūores factiui morbū: ⁊ q̄ iidem illi essent cuāndi in morbo: iō opz q̄ pro preseruatione euacuētur humores qui presente morbo essent euacuandi.

F

Et Hip. sexta particula afo. afo. 55. ⁊ Ga. in cōmēto illi⁹ afori. dicit q̄ passio podagrica maniaca ⁊ arte tica mouent vtplurimū ī vere: q̄ in illo t̄pe humores liq̄ fiūt ⁊ de fortibus locis ad debilia currunt.

G

H ¶ Et fortasse desiccātia exterius apponere ⁊ medicinas abstergētes est euacuare queadmodū hydropisim patientes faciunt.

¶ Hic ponit iudicio meo remotionē dubij: q̄ posset quis dicere. Debet ne semꝑ pro omni cuōne faciēda dari pharmacū aut fieri flōmia: Respondet q̄ non: q̄ fortasse apponere exterius medicinas exiccatiuas ⁊ absersiuas est cuāre. i. facit cuōnem supple sufficientem. Nam non cadit dubium q̄ aliquo modo cuāt medicina exiccatiua: s3 dubium est vtrū sufficienter sicut balnea sulpharea ⁊ aluminosa ⁊ sacculi ⁊ fomētationes ⁊ emplastra ⁊ vnguenta. Cū ergo Aui. dicat fortasse sequit̄ q̄ loquit̄ de cuōne suf

I

Iste medicine exteriꝰ applicate i declinationibꝰ totius morbi febrinis pcedit caluiatiõ rigoribꝰ horripilatiõibus ⁊ in rigoribꝰ cuilio sine lī valde profunt. Et i cum mā in illis declinat omnis regiat paucit eata vertibile ē q̄a leni quasiqz cū absterg ⁊ penitus abijciat iō ⁊c.

fficiēti. ¶ Nota q̄ q̄uis iste medicine exterius applicate eūent: qꝛ tñ hoc faciūt ɔuertēdo humorē in vaporē ⁊ educēdo per poros: ideo nō multū humorē eūantur. nec in pfundo positū. Sꝫ qñ est paucus aut positꝰ in supficie pōt eē spes q̄ per talia euacuet. Voluit ergo Aui. q̄ hec distinguamus nos licꝫ nō explicite dixerit. Pharmacū aūt ⁊ fdō mia eūones in forma humorali ⁊ per latas vias sufficiūt in multo: ⁊ etiam posito in profundo.

¶ Qñqꝫ ēt necesse est te dare medicinā q̄ sit ex genere euacuādi huīoris in q̄litate: sicut cū scamonea est tibi necessaria ad eūandū cholerā rubeā. ei ergo admiscendū est illud qd̄ ipsaꝫ in qualitate diuersificet ⁊ in vētrē soluendo cum ea ɔueniat ⁊ ipsaꝫ ab eūone nō phibeat sicut mirabol. Et emēdetur cōplexionis malitia si post acciderit.

K

¶ Ponit c aſi. 7m: ⁊ est q̄ cū dāda ē medicina siliis humori eūando: sicut verbi grā: scamonea l eūando cholerā rubeā: tūc opꝫ duo facere. Primū est cōmiscere cū ea aliqd̄ qd̄ ei ɔtrariet in cōplone ⁊ nō diuersificet ab ea i eūone ⁊ ipsaꝫ nō phibeat ab eūone. 2m est q̄ post eūonē emēdet malitiā cōplonis si acciderit ex potu pharmaci. Facimꝰ aūt pm in potu pharmaci cōmiscēdo cū scamōea mirabolanos citrinos q sūt fridi ⁊ eūant cholerā sicut scamonea. ¶ Notādū hic q̄ Aui. intētio fuit docere generaliter occurrere malitie cōplonis medicīe q̄ malitia maxime nocet qñ est silis cōploni pharmaci ⁊ humoris dñantis: tūc enī pp huōrē corpꝰ ē iā alteratū ad talē cōplonē: ⁊ iō ex pharmaco illiꝰ cōplonis exhibito paratū ē noceri ei: ⁊ q̄ ad h̄ sūt duo modi. Unꝰ ē tpare pharmacū cū pmixtiōe alteriꝰ: ⁊ illud alteꝝ tēpatū sꝫ tēpare dꝫ opꝫ q̄ sit ɔ̃rie cōplonis. Sꝫ ne ipediat opꝰ pncipale: aut ne pp sui ɔ̃rietatē i eūando sit opportunū augere dosim maligni: bonū ē q̄ ɔueniat sibi i eūando ⁊ nō ipediat. Qñqꝫ tñ ex aliis causis alibi dicēdis pmiscemꝰ medicinas non solutiuas nec ɔueniētes cū pharmaco pncipali in eūando: imo pure stipticas: vt hꝫ videri a Mesue in suo de cōsolatione medicinaꝝ: sꝫ hoc magis dicemꝰ īfra in ca. de dispōnibꝰ medicinaꝝ vētrē soluētiū.

L

Nō q̄ nō solū h̄ hꝫ veritatē de scamonea: sꝫ de quocūqꝫ pharmaco ha bēte ɔueniētē qualitatē cum humore euandomi aū volumus minorare medicinā debemꝰ miscere aliqd qd̄ tē peret: nō tñ q̄ ipediat opōnē: pūt hꝫ aliter tempari tales medicine vt la vādo eas vel alr pparādo.

¶ Nō 2o q̄ pp exēplū Auic. q̄ in scamonea qnqꝫ corrigēda sunt. Primū est cōplio que nimis est calida. 2m est vꝰtus vētositatis gfiatina. 3m est serositas excoriatiua. 4m est virtus acuta apiriua orificiorum venaꝝ. 5m est ppꝛietas mala debilitādi mēbra q̄ sunt minera virtutū. Mirabolani aūt corrigūt pm 3m 4m ⁊ 5m: ⁊ iō sūt correctiui valde ɔueniētes. Et si dicas q̄re Aui. hic nō docet remouere malā cōplonē si fuerit derelicta: dicitur q̄ hoc docuit supra in ca. 1. ⁊ 2.

¶ Habētiū quoqꝫ in iterioribꝰ apa vētrē soluere ē difficile ⁊ facere vt vomāt. Et si tibi necessariū fuerit da eis qd̄ sit sicut volubilis ⁊ semē croci hortēsis ⁊ apozima polipodij ⁊ cassiamfistulam: ⁊ his similia.

M

Forte aūt mordicationē in stōcho remanē/tē remouet bibere iura vnctuosa q̄ cito dige/rant̄ ⁊ inūgere locū ex aliquo qd̄ sit sic oleū violaceū mixtū cū oleo cheiri ⁊ pauca cera.

Hic docet succurrere dolori mordicatiuo q̄ fit i stoma/cho: ⁊ iste aut fit ꝓpter acuitatē pharmacis: aut pp̄ acuita/tē humoris attracti ad stōchū. Et dicit remanētē: ⁊ videt̄ intelligere de mordicatione q̄ remanet fixa aut remanet post actū vomēdi: ⁊ h̄ puto verius. Cōueniūt enī iura pin/guia facile digestibilia: q̄ stōchus est debilis: ⁊ cōfert in/unctio cū oleo violato ad reprimēdā acuitatē: ⁊ cū oleo de cheiri i quo est virtus mollificatiua caloris ⁊ doloris se/datiua: l₃ hēat aliq̄d caliditatis: s₃ sui aromaticitate videt̄ ꝯfortare stōchū debilitatū. Est aūt cheiri viola saracena cui⁹ alia ē citrina: ⁊ nascit̄ in antiq̄s muris in tuscia: ⁊ alia est rubea: ⁊ alia est alba: ⁊ sunt placidissimi odoris: ⁊ ha/bentur bononie ⁊ tuscie in hortis presertim puellarum.

N

Singultu₃ ⁊o si cu₃ eo acciderit ⁊ ꝑmāse/rit: retinebit sternutatio ⁊ dare ei ex aqua ca/lida ad traijciēdum paulatim.

O Docet succurrere singultui. Et nota q̄ aliq̄s ē singultus ꝑcedēs euōnē: aliq̄s accīs dū fit euatio: aliquis accidens cōpleta euone. Ille qui est ante euōnē aut in actu eius est vt plurimū aut ꝓpter mordicationē medicine: aut humo/ris ad stōchū tractiꝫ aut pp̄ vētositatē grossam imbibitā in stomacho: aut pp̄ corrugationē factā a medicina vel hu/more. Et isti mouent̄ cū sternutatione vt dī 6ª particula afoꝛis. A singultu habito sternutatio superueniēs soluit egri/tudinē: ⁊ remouet̄ ēt cū paulatino ⁊ frequenti potu aque calide: quoniā sternutatio excutit tunicas stomachi forti/ter: ita vt ab eis separari faciat illud qd̄ adherēdo facie/bat singultū. Et aqua calida iuuat abstergēdo ⁊ acuitatē remouēdo: que ideo paulatim datur vt pluries sup locū trāseat. Q̄nq₃ aūt singult⁹ ē post euōnē: ⁊ iste l₃ posset eē ex eisdem causis remanētibus ⁊ curari hoc mō: tn̄ pluri/mū est propter siccitatē: vt dicit̄ in aforismo 5ᵉ particule. Spasmus ⁊ singultus post nimiā inanitionē est malum: ⁊ de isto nō loquit̄ Auicē. hic q̄ si remedia hic posita ti/bi non sufficiunt: vade ad decimātertiā tertij: vbi etiam videbis quid est singultus.

P Hoc ēt remē/diū cōmemo/rauit Aui. 13. tertij. tracta. 5 ca. 21. de cura singultus cir/ca principiū capli̅. 6 illo. Et sternuta/tiōi q̄dē in fu/periēdo mate/riā ⁊c. Quid aūt sit singul/tus: vide ab eo eodem tra/ctatu capl̅ 17. Gal. in q̄nta paicula afor. cōmēto illius afo. In immo/derata purga/tione spasm⁹ aut singultus malū dicit sin/gultū eē spas/mū stomachi in inanito pleni aut desiccati ⁊ aut mordica/tione aliqua incitati ⁊c. Sed dubito nā idē Gal. 6 de accidēti ⁊ morbo ꝓbat singultum nō esse spasmū: q̄ ex eo q̄ spas/m⁹ est passio mēbri lacerto/si: s₃ stōchus nō est mēbrū lacertosum: er/go ⁊c. hoc re/linquo ꝓ ere/ctiōibus: quia re ⁊c.

Et de sanguine quidem iam diximus in ca/pitulo de impedimentis vomitus.

Pro vomitu sanguis q̄ fuerit ex potu pharmaci remit/tit nos ad decimātertiā tertij statim allegatā. S₃ scitote q̄ vomit⁹ sanguinis q̄nq₃ est pp̄ vltimā euōnem in qua pharmaca supfluētia vltimo trahunt sanguinē ⁊ huic suc/curris vt dī sequēti caplo̅: q̄nq₃ aūt est pp̄ impetuosū mo/tū ⁊ fracturā alicui⁹ vene: ⁊ de hoc loquit̄ hic.

Alcuzez ⁊o ⁊ egritudib⁹ frigidis ⁊ interse/ctiōi vocis q̄ accidit post ip₃ ꝯfert ligare ex/trema ⁊ stringere ea ⁊ supponere stōcho pā/nū infusum oleo in quo cocta fuerit ruta ⁊ sicidis ⁊ dare ei ad bibendū mel cū aq̄ cal̄a.

Quid in hac p̄te dicat p₃. Ubi nota alcuzez q̄n sumitur ꝓprie vt est thetanus a vētosa mā: ⁊ illud nos vocamus ransum: ⁊ est ex vētositate ita tēdente lacertū vt nō pos/sit flecti: ⁊ q̄nq₃ sumit̄ vt cōuenit̄ cū spasmo de tali mā vel thetano: ⁊ q̄nq₃ cōtrahunt̄ musculi pp̄ vētositatē. S₃ videt̄ hic Auicē. sumere absolute p̄ spasmo vel thetano. Nota 2° q̄ isti spasmi aut fiūt in actu euōnis aut ante aut post. Cū aūt fiūt post multā euacuationē plurimum sunt de inanitione ⁊ sunt multū mali: vt dicitur in cōmē/to illi⁹ afor. Spasmus ex helleboro. Et nota vlterius q̄ spasmus ⁊ singultus post talē euōnē nimiā sunt mali: ⁊ de istis nō loquit̄ hic Aui. Aut enim non sunt curabiles aut vix: ⁊ p̄ eorū cura vide secūda tertij. S₃ in ipso actu eua/cuationis sunt spasmi q̄nq₃. Et f̄m Mesue ꝯtingit a q̄/tuor cāis. Una est motus multe mātie simul q̄ nō euatur

A sed ſpergit ad lacertos ⁊ neruos: ⁊ facit eos ſm latū creſcere ⁊ breuiari ſm lōgū: vñ accidit mēbris incuruatio: ſicut arcui: cui⁹ corda breuiat. Scđa cā eſt alleuiatio multi vaporis turbidi cū vētoſitate groſſa ad neruos: ⁊ fit ſicut dictū eſt ſtatī. Tertia cā ē: qꝛ tpe quo ſumit medicina pori apiunt: ⁊ multe ptes medicine ꝯuertuntur in vapores ſubtiles. Cū ergo ille q medicinā ſūpſit ſe expōit frigori: iſti vapores ingroſſant: ⁊ nerui pp frigus penetratū apertos poris incuruant ⁊ fit ſpaſmus pp ꝯtractionē ad eorū pncipia. Quarta cā eſt mala qlitas cōicata neruis ⁊ lacertis: vñ refugiētes ab ea ꝯtrahunt. Et vt mihi vr dixi ſup alio. pmo gnte pticule: q nō ſolū ex multitudine humoꝝ

B aut vētoſitate: ſed ex acuitate pōt fieri ſpaſmus qui dicit nō proportionatus ad materiā. ¶ Sed nota q cum fit ſpaſmus ex iſtis cāis hoc mō cōicatis muſculis toti⁹ non curat vt dicit Aui. hic. ſ. p ligaturā extremitatū et poſitionē pāni ſup ſtōchū in quo coctū fuerit ō ruta ⁊ ſicidia. ſ. cucumere aſinino: aut p potū mellis cū aqua calida: imo vt pꝫ p Meſue qñ eſt ex pᵃ cā curat cū euantib⁹ cito materiā: aut cliſterijs: aut pharmacijs ebibitis: ⁊ poſt euonē cū rectificatione ꝯtractionis neruorū ⁊ cōfortatiōe cerebri ⁊ nuche: vñ nec vult febrē i tali ſpaſmo ꝯferre: qꝛ iſlāmat pharmacū ⁊ mouet mām verſus lacertos: qꝛ ḡ magis nō cōfert ligatura extremorū per quā de directo trahit mā ad lacertos ⁊ poſitio olei ſupraſcripti cum calefaciat pharmacū. Sꝫ qñ eſt a 2ᵃ cā opꝫ facere qđ dcm̄ ē de pma. ſ. facere euonē ⁊ poſtea ꝯuertere vapores ad diuerſuꝫ fortiter cū fricatiōib⁹: ⁊ cū hoc forte nō nocet ligatura. Cū aūt ē pp frigus cōfert vaporatio ⁊ calefactio. Et cum

C eſt pp malā qlitatē pharmaci: cura ē cū remouētib⁹ pharmaci audaciā. ſ. potu aq̄ calide. ſ. tepide ⁊ ſiliūꝫ ⁊ cum cōfortātib⁹ neruos. Et iō pꝫ q expoſitores volentes q hic Aui. ponat curā illorū modoꝝ ſpaſmi de qb⁹ dicit Meſue nō ſufficiēter dixerūt. ¶ Pro cōcordia Aui. cū Meſue ⁊ p expoſitione Aui. nota q iſte qtuor cāe ſcripte a Meſue qñqꝫ inueniunt in neruis ſtōchi: ſꝫ p cōpaſſionē reliqui corporis nerui ꝯtrahūt ⁊ ſpaſmant. Et p mēte Aui. tene q in opōne pharmaci plurimū cōtingit ſpaſmus p cōpaſſionē ad ſtōchū: ⁊ iō diuertēdo māꝫ ⁊ vētoſitatē p ligaturā doloroſaꝫ extremitatū ⁊ reſoluēdo cū oleo dicte decoctionis ⁊ abſtergendo illud qđ adheret villis ſtōchi cū potu mellis in aqua fit cura taliū ſpaſmoꝝ. Sꝫ Meſue ponit curā qñ tā in alijs mēbris ⁊ lacertis eſſet nocumētū p euonē. Et tu hanc expoſitionē ⁊ diuerſitatē nota: nam ēt vocis abſciſſio fit ex ſimili cā laborantibus lacertis pectoris ⁊ epigloti per viam compaſſionis.

¶ Et habenti quidē al ſubeth fiat hoc ⁊ in aurem eius mittatur.

¶ Hic docet ſuccurrere ſubeth. ſ. ſomno pfundo. Nā hoc accidit pp multos vapores frigidos eleuatos ad caput.

D Et iō ligare extrema ē valde bonū remediū diuertendo ad ꝯtrū capitis: ⁊ ēt cōfert pot⁹ mellis cū aq̄ cala vt depo nat mā a ſtōcho q̄ euaporādo fac ſubeth. Olea āt illa meli⁹ ponunt in aure vt meli⁹ diſſoluat vapor ex poſitione medicine ſolutiue in loco propinquori cāe ſubeth: ⁊ tu ex iſto ponere potes alia remedia ſcripta pma tertij cap. de ſubeth: vt cū cliſterijs ⁊ ſuppoſitorijs ⁊ vomitū ꝓuocātib⁹ ⁊ diuerſionib⁹ ⁊ embrocis ⁊ euaporationib⁹ vt opꝫ.

¶ De eo in quo ſupfluit vomitus. Caplm.XVI.

Fiat vt ipſe dormiat ⁊ igeniet qꝫto plus poſſe fuerit qūo dormiat ⁊ ligent ipſi⁹ extrema taliter qꝛ ligēt cū fluxū vētris retinere volum⁹. Et ipſi⁹ medicet ſtōchus cū emplīs pōticis fortitudinē facientib⁹.

E ¶ In iſto caᵒ Aui. docet ſuccurrere vomitui ſupfluēti ex pharmaco. Et diuidit i tres ptes. Prio docet ſuccurrere ſupfluo vomitui. 2ᵒ docet ꝓuidere ne ſupfluat. 3ᵒ remittit nos ad aliū locū p quibuſdā cognoſcēdis. 2ᵃ ibi. [Cum aūt.] 3ᵃ ibi. [Et opꝫ qdē.] Pria in duas. Primo docet qñ vomit⁹ eſt ſupfluus: ſꝫ nō adhuc vomat vt ſanguis fluat vomitu. 2ᵒ qñ ex ſupfluitate euonis vomit ſanguis. ibi 2ᵃ. [Or ſi vomit⁹.] Prima pars pꝫ: qꝛ ꝓuocatio ſomni ⁊ ligatura extremitatū ⁊ appoſitio emplaſtroꝝ cōſtringentiū ⁊ ꝯfortantiū ſtōchū ex eodē capite ſiunt ex quo facte ſunt ſuperius in ſuperfluo fluxu ventris.

Et ſomn⁹ fortes eleuces retinet ⁊ ſtiptica fortificāt ſtōchū: vñ nō recipit hūores qre ⁊c. gētil.

¶ Or ſi vomit⁹ ſupfluerit ⁊ inceſſanter egrediat humores donec ſanguis exeat: da ei ad

F bibendū lactis vino mixti qtuor cotilas: qm̄ medicine vomitiue maliciā reprimit ⁊ ſāguinē ꝓhibet ⁊ nām lenit. ¶ Or ſi pte pectoris ⁊ ſtōchi a ſanguine cū hoc mūdificare volueris ne ex eo aliqđ coaguleſ: da ei ad bibēduꝫ ſyrupū acetoſū ſiue ſit ex melle ſiue ex zuccaro cū niue ifridatū paulati: cū h quoqꝫ qñqꝫ ꝯfert bibere ſuccū portulace cū bolo armeō.

¶ Facit qđ dcm̄ ē miſcēdo modū quo cauēda ē coagulatio ſanguis i ſtōcho. Nā iſta coagulatio ē piculoſa: qꝛ ſanguis in ſtōcho coagulat⁹ eſt venenū ⁊ interficit aliquando. ¶ Sꝫ ad ꝓhibēdū ſanguinis vomitū docet offerre lac vino mixtū: qꝛ ſui aquoſitate lenit ventreꝫ ⁊ deponit medicinā ⁊ ſanguinē q eſt i ſtōcho p iferiora: qꝛ ſui caſeitate oppilat ⁊ claudit orificia venaꝝ p q̄ currit ſanguis ⁊ ſuis qlitatib⁹ ⁊ mō ſube reprimit acuitatē pharmaci. Sꝫ vinū iō miſceſ vt ꝯfortet ſtōchū ſui aromaticitate ⁊ ꝓhibeat lactis coagulationē i ſtōcho. ¶ Aliō remediū ē ſuccus portulace cū bolo armeno. Nā ſuccus portulace eſt repreſſiuus acuitatis pharmaci: ⁊ cū h ſtringit ⁊ claudit vias p quas mā currit ad ſtōchū: ⁊ multo magis qñ cum bolo armeno miſceſ. ¶ Immiſcet aūt modū q̄ ꝓhibeſ coagulatio ſāguis i ſtōcho p potū ſyrupi acetoſi q abſtergit ⁊ icidit ſiue fuerit ō melle ſiue de zuccharo: ⁊ dꝫ offerri ifridat⁹ i niue vt ꝓhibeat apertionē venaꝝ. Coagulatio aūt ſanguis iō fugiēda ē: qꝛ facit accidētia veneni terribilia: vt 6ᵃ qrti: ⁊ 8ᵒ interiorum: ⁊ 13ᵒ tertij. Or ſi hec remedia: nō ſufficiūt: recurre ad loca propria ſtatiꝫ allegata.

Dicit Gētilis q cū exit ſanguis ſtat 3ᵃ intētio. Prima eſt remittere acuitatē pharmaci. 2ᵃ eſt ſiſtcare orificia venarū ne apiant: tertia ē educere medicinā ō ſtōcho mō lac facit h ⁊ tu lege ibi qđo: quare.

G

¶ Cū ergo terrefactus fueris p aliquo i quo ſuperfluit medicina fac ipſum vomere.

¶ Docet ſuccurreſ ei i q̄ timem⁹ ō ſupfluitate vomit⁹: dicēs: q facias eū vomere vt medicia cito a corpe expellaſ facias āt h icitādū ad vōitū cū potu aq̄ tepide aut olei.

¶ Et opꝫ qdē te querere medicinas vomitiuas ſm ſuos gradus: ⁊ qūo queqꝫ earū ad

H bibēdū ſint dāde ⁊ pcipue helleboꝝ a ntidotario ⁊ medicinis ſimplicibus.

¶ De hac parte patet quid dicat.

¶ De enemate. Caplm.XVII.

Enema ē medicamē nobile i expellēdo ſupfluitates q̄ ſūt i inteſtis: ⁊ i ſedādo dolores renū: ⁊ veſice: ⁊ apata ipoꝝ: ⁊ egritudines colice: ⁊ in attrahēdo ſupfluitates a mēbris pcipalib⁹ ⁊ ſupioribus.

I ❡Que vo ex eis sūt acuta debilitāt epar ꝛ
ꝑducūt ad febrē. Ex enēatib⁹ ꝑterea fit iuua
mē i expellēdo reliqas q̄s ianiētia reliquūt.
❡Superi⁹ Aui. docuit modos administrādi euōnes que
fiūt p exhibita per os. Hic docet regulas obseruādas in
euōnib⁹ q̄ fiūt p imissa iferi⁹. s. p clysteria. Et diuidit in
duas ptes. Pmo ponit iuuamēta ꝛ nocumēta in generali
enematis. Scdo ponit regulas de mō obseruādo in ad-
ministratione ei⁹. 2ª ibi. [Forma aūt.] Dicit p̄ ꝙ enema
ē nobile medicamē in qnqȝ reb⁹. p̄ in expellēdo supflui
tates q̄ sūt in itestinis. 2° in sedādo dolores renū ꝛ vesice.
3° in apatib⁹ coꝝ. s. renū ꝛ vesice. 4° in egritudinib⁹ coli
ce. 5° in attrahēdo mās a mēbris pncipalib⁹ supioribus.
Scdo dicit ꝙ enemata acuta ꝑducūt ad febres ꝛ debili
K tāt epar. Ultimo dicit q̄ ad hāc ptē: ꝙ ex ipsis habetur
iuuamētū in expellēdo reliqas q̄s reliqrunt inaniētia. s.
pharmaca solutiua bibita. ❡Ubi p̄ nota ꝙ enema ppe
ē decoctio q̄ iniicit aut iniecta ē p anū. Clystere aūt ē i q̄
fit talis iniectio. ❡Scdo nō ꝙ eedē medicine pñt p infe
rius iniici ꝛ dari ad potādū: sȝ in h ꝙ iniiciunt p inferi⁹
sūt meli⁹ opatiue p qbusdā finib⁹. Et iō Aui. non dixit
absolute ꝙ enema est nobile medicamē: sȝ ē nobile i illis
qnqȝ q̄ narrauit. Cōstat aūt nobilitas medicine ex duo-
bus: quoꝝ vnū ē efficacia i ɔsequēdo finē. 2ᵐ ē securitas
ꝛ lenitas sup nām. Et in his qnqȝ dictis ab Aui. enema ē
efficax: ꝛ cū h ē valde securū. Efficax qꝛ p ipȝ ponūt me
dicine in ipsomet loco patiēte: aut i valde ppinquo. Se-
curū āt qꝛ ponit i mēbro ignobili ḋputato ad expulsionē
vn̄ si i illō mēbrū iprimit aliquā dispōnē nō ē tātū nocu
mētū sicut in medicinis imissis i stōcho: qd ē mēbrū nobile.
Sȝ lȝ Aui. dicat ei⁹ nobilitatē tm̄ in supradictis: ē tn̄ etiā
L nobile in ɔstringēdo qn̄ flux⁹ est cā itestinoꝝ: ꝛ nobile i
ɔsolidādo vlcera intestinoꝝ. Sȝ ista non ita ptinent ad
euōnē sicut qnqȝ p̄dicta. Cū ergo Aui. hic de euōne inten
deret: nō curauit ponere ista iuuamēta. ❡3° nō ꝙ lȝ tn̄
sit vn⁹ modus imissiōis enematis: tn̄ enemata variant
in v̄tute ꝛ s̄m varietatē coꝝ ex qb⁹ fiūt. Silr̄ ēt variant
res ex qb⁹ fiūt s̄m varietatē mãeꝝ q̄s intēdimus euare.
Nā qn̄ intēdim⁹ euare rē q̄ nō indiget nisi mollificatiōe
sicut fecea dure: tūc fit ex vnctuosis pinguib⁹ subtilibus
aptis ad se ibibēdū: sicut cū oleo puro: aut cū re pingui
vt cū iure galli: aut cū sili re. Qñqȝ aūt intēdim⁹ ad sub-
tiliationē sicut in flegmate: ꝛ tūc fit cū subtilitate: qñqȝ i-
tēdim⁹ abstersionē: ꝛ tūc fit cū aqua mellis vel ordei in
q̄ mel vel aliqd abstersiuū dissolutū sit: qñqȝ aūt intēdi-
mus vt irritet v̄tus expulsiua: ꝛ tūc apponunt modicati
ua sicut sal: qñqȝ ēt intēdim⁹ vētositatis dissolutionē: ꝛ tūc
M apponim⁹ carminātia: qñqȝ aūt intēdim⁹ attractionē a
lōginquo: ꝛ tūc apponūt attrahētia: q̄ sūt duoꝝ modoꝝ.
Quedā eni trahūt cū v̄tute attractiōis ppria. La pprieta
te respiciēte determinatū hūorē: nā q̄ multū stimulāt ex-
pulsiuā faciēdo mordicationē in intestinis sunt cā attra-
ctionis hūoꝝ faciēdo quēdā dolorē: sȝ ista attractio nō re
spicit determinatū hūorē. Sȝ turbith ꝛ collognitida cucu
mer asininus ꝛ scamonea nō solū trahūt: qꝛ irritant: sed
actuant si pmāserint sufficiēti tpe: ꝛ euāt determinatū
hūorē. ❡4° nō ꝙ cū clystere fit gr̄a euōnis ei⁹ qd in ite
stinis ɔtinet alys p̄ib⁹ dȝ eē leni⁹ q̄ si itēdat ad euōnē
a lōginquo: qꝛ clystere vadit sup loco a quo facienda est
euō. ❡5° nō ꝙ clystere vt pȝ ex textu nō fit solū ad intē
tionē euādi: imo qñqȝ alterādi: qñqȝ abstergēdi: qñqȝ
ɔsolidādi: qñqȝ ad dolorē mitigādum. Et s̄m h oia fiūt ex
diuersis reb⁹: vt pȝ i libris pticularib⁹. ❡6° nō ꝙ quāuis
enema nō trāseat ad vesicā nec i venas: tn̄ qꝛ itestina cir
cūdāt h mēbra: iō enema vadēs ad itestina pōt suis q̄li-

Clysteria acu[ta] sunt enemata q̄ sunt apta vētri ɔstipato si de alio morbo: scias ex gale. in suo ó clysteris⁹. c. 5. eē

tatib⁹ h mēbra alterare ꝛ sedare dolorē: maxie qꝛ cū mē N
bra iteriora sint rara euaporat ab itestinis aliqd subtile
de subā clysteris qd attigit vtrūqȝ istoꝝ mēbroꝝ dictoꝝ:
ꝛ p hūc modū ɔfert i coꝝ apatib⁹ siue fuerit ītētio reper
cutere siue resoluere siue alterare. Uerȝ qꝛ supiora inte-
stina sūt renib⁹ viciniora ꝛ iferiora vesice: iō opȝ in dolo
re vel cura renū p clystere conari ꝙ clystere magis pene
tret q̄ in cura vesice. Et pariter itelligatis de cura matri-
cis in mulierib⁹ ꝛ lacertoꝝ qb⁹ renes colligant: qꝛ inte-
stina adiacēt istis locis. ❡Et si q̄rat quō enema sedat si
ue clystere: di ꝙ d̄a sedatiōe: sicut clystere cū mollifica-
tiuis ꝛ lenitiuis anodinis: ꝛ sedatione p remotionē cāe si-
ue sit hūor q euāt: siue mala cōplō q̄ remouet: siue solo
ɔtinuitatis q̄ solidat: ēt p stupefactionē sicut multotiens
fit in dissinteria: sȝ h vltimū faciēdū ē raro ꝛ cū timore ꝛ
cautela. ❡7° nō ꝙ enema sedat egritudines colice. i. op-
pilatiōes vel alios morbos q sūt de genere colice. Est aūt
colica egritudo intestinalis dolorosa: cū qua fit difficilis O
exit⁹ ei⁹ qd dȝ egredi s̄m nāȝ: siue q̄ fiat oppilatio a fece
vel hūore vel mala cōplōne cū mā vel ab apate vel ab
alio sedat enemate s̄m tn̄ variū modū facta iuxta diuer
sitatē cāꝝ: vt hȝ videri i 6° tertij: ꝛ pōt ēt dolorē i ea exi-
tē trib⁹ modis supradictis remouere: sȝ tn̄ intestinoꝝ q̄-
dā sūt quoꝝ egritudines magis iuuant clysteri q̄ medi-
cina sūpta p os: q̄dā ecōtra: ꝛ q̄dā medio mō: sȝ h dcm̄ ē
supra c. p̄ hui⁹ sen: qꝛ supiora ꝛ gracilia melius iuuant bi
bitis: iferiora clysteri: sicut colon d̄ius supiora ꝛ monocu
lū medio mō. Et s̄m h ēt quātitas clysteris est varianda:
nā maioris q̄ntitatis fit clystere qn̄ intēdim⁹ ꝙ vadat ad
supiora intestina: ꝛ minoris qn̄ itēdim⁹ ad monoculum
ꝛ medio mō qn̄ ad media. ❡8° nō ꝙ clysteria dicuntur
acuta in qb⁹ ponunt medicine multū calē ꝛ acute iprimē
tes sicut collognitida euforbiū ꝛ silea. Et qꝛ medicine iste
pcipue i multa q̄ntitate posite resoluūt ꝛ calefaciūt: talia
clysteria sūt dissolutiua spūū ꝛ ptūs epatis ꝛ ipm debili P
tāt. Nā tales medicine multū accedūt ppe epar ꝛ pluri-
mū coꝝ vapores p organa vadūt ad epar: ꝛ p eādē fere
cām ꝑducunt ad febrē calefaciēdo sāguinē: q est in vena
magna chilis descēdētis ad ipm epar: ex q̄ dat itelligi ꝙ
sūt magis cauēda in febribus. ❡Ultimo nō ꝙ inanien-
tia sunt medicine solutiue q̄ in intestinis relinquūt aliqd
de hūorib⁹ quos attraxerūt: ꝛ ista h mō relicta euantur
clysteri cōiter lauatiuo nisi multā viscositatē habuerint
ꝛ grossitiē: quo casu addim⁹ aliqd icisiuū ꝛ subtiliatiuū.
❡Usqȝ huc fuit expositio. d. m. Ugonis de senis:
❡Nunc incipit expositio marsilij.

❡Formā vo clysteris ꝛ quō clysterizetur
iam retulimus in capitulo de colica.

❡Nūc Aui. ponit q̄sdā ɔditiōes in clysterib⁹ attēdēdas:
ꝛ duo facit. Pmo facit qd dcm̄ ē. 2° docet succurrere cui-
dā defectui. ibi 2°. [Et si qo.] Prima ps ɔtinet tres ptes.
In p̄° remittit nos p sufficiētiori declaratiōe forme cly- Q
steris ad aliū locū. 2° exeqt modū clysterizādi exēplifi-
cādo sīm̄. 3° tāgit ɔueniētē horā applicādi clystere. ibi 2°.
[Uidet quoqȝ.] ibi 3°. [Et clysterizādi.] ❡De p̄° dic ꝙ
ipse iā retulit formā clysteris: ꝛ quō clysterizet corp⁹ ca.
de colica qꝛ 16° tertij: forma tn̄ satis est nō. Nā p̄ dȝ hic
cānā oblōgā ad formā palmi cōis: vt igrediat sufficien-
ter itestinū rectū i cui⁹ extremitate debēt eē multa fora-
mina ne subito exiēte vno magno foramine liquor tran-
seat ad intestina: ne ēt ad vnā ptē sȝ per multa foramina
dispsus multas ptes attigat. Et dȝ eē tersum ꝛ politū in
pmptu est cā: imo dȝ eē cāna vncta oleo q̄ iponit. Dȝ ēt
cāna eē ligata corio aut vesica i sua pte latiori: i q̄ vesica
aut corio liquor teneat: ꝛ cōprimēdo corium ingrediatur
cānā qd

A cānā qḋ in corio ɔtinet. Dz ēt eē strictū ppe cānā: ⁊ ince dere se ampliādo ꝟsus aliā ptē: ⁊ hoc vt cōpresso corio ⁊ exñte stricto versus cānā melius liquor valeat ingredi.

¶ Utr̄ quoqȝ ꝙ clysterizati sit⁹ melior sit vt supin⁹ iaceat: deide reuoluat se ad lat⁹ dolēs.

¶ Nūc tāgit sitū clysterizādi: dicēs ꝙ vt melius vt clysterizatus stet supinus: deinde voluat se de latere in latus. ¶ Pro pte nō ꝙ alter ē sit⁹ clysterizādi: ⁊ alter sit⁹ clysterizati. Nā clysterizādus dz stare cū posteriorib⁹ eleuatis ⁊ anteriorib⁹ depressis: ⁊ dz stare sup genua sua ⁊ sup manus a pte anteriori: cui⁹ cā est vt liquor meli⁹ igrediat a sursuȝ in deorsuȝ: si tñ infirm⁹ eēt debilis ipso iacēte nos oporteret ponere enema. ¶ Si:⁹ ꝟo clysterizati duplex ē: qdā imediate post acceptionē clysteris: ⁊ tūc deberet ille stare supinus: qꝛ liquor meli⁹ poterit detineri cū sit gerior situs p retētione liquoris: ⁊ ille appellat situs cōis: qꝛ corpa sic clysterizāda debēt sic situari. Alter ꝟo est situs magis mediat⁹ vt postꝗ̄ liquor iā getat⁹ ē ⁊ iā sufficienter retētus: tūc moueat infirm⁹ de latere in lat⁹: vt liquor hñ vndiqȝ attingat intestina. Alter est sit⁹ magis ꝓprius q fit rōne ꝓpria casus: qꝛ rōne doloris aut morbi in determinata pte sic assumpt⁹: ⁊ postꝗ̄ infirm⁹ stetit supinus dz se voluere ad latus dolēs: vt enema plus attingat ad alterā ptē. Ad ꝓpositū Aui. nō posuit sitū ꝓpriū huic: dans eū intelligere tāꝗ̄ notū. Posuit autē clysterizati sitū cōem: deinde ꝓpriū dum dixit: deinde voluat se.

Gal. in libro de clysteribus ⁊ colica caplo 4⁹ docet situ clysterizādi ol ... ⁊ tñ q̄ dē necessariū ē qñ voluerit iniicere clystere ⁊c. Moderni autē hodiern⁹ ē ad placitū: ⁊ pꝫ obedit ꝓceptis medicorum. ⁊c.

B

¶ Et clysterizādi hora melior ē cū ē aeris frigiditas: qm̄ sequet̄ ideo vt augmētet̄ grauitas ⁊ dolor ⁊ estuatio ⁊ nausea. ¶ Balneū pterea solet facere vt ebulliāt hūores ⁊ spargātur. Clysteris quoqȝ ɔditio ē vt aerē ⁊ hūores retētos attrahat. Et pp hoc ſm plurimū nō est bonū vt balneū enemati ꝑmittas.

C

¶ Nūc tāgit horā ɔueniētē p clysteri exhibēdo: dicēs ꝙ melior hora clysterizandi est aere exñte frigido ne grauitas dolor nausea ⁊ supcalefactio consequātur. 2⁹ ponit aliā ɔditionē dicēs ꝙ balneum dispergit ⁊ facit ebullire hūores: ⁊ iō nō est bonū vt ꝑponas balneū enemati: ⁊ hoc ſm plurimū. Dicit vltio ꝙ ɔditio clysteris ē vt attrahat vētositates: ⁊ hūores. ¶ Ad intellectū ptis notādū ꝙ hora clysteris pōt sumi ex multis. Pria ex dispōne corpoꝝ aut mēbroꝝ. 2⁹ ex pte stōchi: qꝛ stōcho exñte repleto nō ē regulr enema faciēdū: ne agitet̄ cib⁹ in stōcho: ⁊ indigestus attrahat̄ ad intestina nisi in casu pp debilitatē virtutis nō oporteret aliqñ exhibere cibū. Itē ex pte corpoꝝ: qꝛ clystere nō ē exhibēdū corpe exñte valde debilissimo loco ei⁹ ponēdū est suppositoriū. Itē sumit̄ hora ex pte aeris: qꝛ clystere saltē acutū est exhibendū hora superiori: ⁊ maxime tpe multū calido. Cā tangitur in litera sicut sapius ēt tpe exñte multū frigido dū est aeris friditas minus exhibēdū ē: qꝛ tūc hūores sūt idispositiores ad exitū: sumit̄ ēt hora ex pte alteri⁹: qꝛ clystere nō ē faciēdū post balneū imediate: qꝛ cū balneū hūores facit ebullire: eos ēt dispgit ⁊ trahit ad exteriora. Clystere sequēs amplius nocebit calefaciēdo: ⁊ nō hñ educere cū hūores ad interiora vel exteriora sint dispersi. In casu tñ quo eēt doloris vehemētia posset imediate sequi enema. Multotiēs bonū est ꝑmitti balneū p tps multū: qꝛ ꝑparabit ad enema aliqñ ⁊ dissoluēdo hūores ⁊ mās. ¶ Ultio nota ꝙ clystere attrahit vētositatē. i. ē cā attractiōis ⁊ expulsiōis vētositatis ad exteriora incitādo v̄tutē expulsiuā: aut ēt attrahit vētositatē. i. remouet dissoluēdo sicut clystere factū ex reb⁹ carminantibus ⁊ dissoluentibus ventositatem.

D

¶ Or si qs in intestinis pustulas habens ipso indiguerit cā febris aut alicui⁹ egritudis ⁊ timuerit ne enema retineatur: supponere dbȝ ano suo ⁊ femori ⁊ locis que sūt in circuitu speltam calefactam cum panno. E

¶ Docet nunc succurrere cuidā defectui: dicens ꝙ si quis patiēs pustulas in intestinis pp febrē indiguerit clysteris aut pp aliū morbū: ⁊ timeat̄ ne retineat̄ enema: debȝ suo ano supponere ⁊ ēt femori ⁊ alijs locis q sunt in circuitu speltā calefactā cū pāno. ¶ Pro pte nō ꝙ exñte pustula vel hemorroide sopit̄ ⁊ hebetat̄ virt⁹ ad expellēdū: qꝛ cū expellēdo extēdat̄ pars hñs pustulas: aut trāseat liquor aut supfluitas circa illā ptē: tūc dolet illa ps. Pigritatur ergo virtus ad expellēdū ne doleat. Et iō p remediū qḋ in hac pte ponit̄ ɔtingit ꝑmo ꝙ pp caliditatē tēperatam ɔfortat̄ virtus sensitiua. Itē pp speltā habentē aliquam abstersiuā v̄tutē ꝑparat̄ enema extensioni ⁊ expulsioni: ⁊ breuiter incitat̄ virtus ad expellēdū aliqualiter. igit̄ ⁊c. F

¶ De epithimatibus. Caplm. XVIIII.

Sciās ꝙ spelta ē gen⁹ frumēti quā qdā dicūt aliqdā ... ⁊ ipsa calefacta adhibita ano femori ⁊ locis q sunt in circuitu trahit inferi⁹ enema retētū taȝ suo calore ꝗ̄ sibi insita ē virtute attractiua: ⁊ cui⁹ signū est: qꝛ ea reposita in loco humido cito tumescit ⁊ germē emittit trahēs sibi humorē ⁊c.

Epithimata sūt ex medicis bōis q̄ ad ipsaȝ ɔueniūt egritudineȝ.

¶ In prīū ca⁹. Aui. determinat de qbusdā medicinis q̄ exteri⁹ applicāt̄. Et duo fac. Pmo determinat d̄ epithimatib⁹. 2⁹ de embrocis ibi 2⁹. [Embroce sūt.] Prima ps ɔtinet duas. Prio explicat epithimata bonas esse medicinas. 2⁹ ponit q̄dā iuuamēta ⁊ modos epithimatū ibi. [Et medicina.] De p⁹ pte dicit ꝙ epithimata sunt medicine bone ɔueniētes ad morbū. ¶ Pro pte nota ꝙ reperiunt̄ ista noīa fomētatio: vaporatoriū: seu calefactoriū: suffumigatio: emplratio: epithimatio: vnctio ⁊ embrocatio: vñ fomētū nō est nisi qñ medicamē sic applicat̄ vt p ipm q̄rum⁹ vaporatione seu resolutionē in vaporē sicut qñ applicat̄ malū cū camomilla vt fiat resolutio. Suffumigatio nō est aliō nisi qḋdā medicamē qḋ trāsmutat̄ in fumū: ⁊ iste fum⁹ a mēbro capit̄ aut pāno ⁊ corpi applicat̄ sicut qñ thus aut mastix iponit̄ prunis. Epithimatio ꝟo ē applicatio liquoris ad corp⁹ aut ad mēbrum vt qñ balneat̄ pānus in liquore ⁊ applicat̄ corpi. Emplȝ āt idē est qḋ dura ɔfectio medicinaꝝ: vñ vt i prīū caplo dī vel ponit̄: ex eisdē pōt cōfici emplȝ ⁊ epithima: ſȝ epithima ē liqdū: emplm ꝟo durū. Embroca ꝓpie est liquor cū motu a sursuȝ i deorsuȝ applicat⁹ mēbro sicut spōgia madefacta in aq̄ camomille ⁊ expssa a sursuȝ i deorsum: ꝟ vocat̄ embroca. Unguētū ꝟo ꝓpe est medicamē cōpositū ex re vnctuosa ⁊ cera: ⁊ ē aliqliter ɔstās. Dī aūt vnguētū ab vngendo. Et differūt ista medicamina ſcḋm ad intētiōes q̄s vult medicus exigi. Nā si vult medicamen multo tpe opari: tūc facit ipȝ in foīa duriori ⁊ fortiori vel ɔstātiori vel i foīa empli: deinde in forma vnguēti: deinde in forma epithimatis: vltio in forma embroce. Si ꝟo q̄rat citā ⁊ ꝓfundā medicamis penetrationē: applicabit in forma embroce tāꝗ̄ in forma medicaminis magis penetrātis. ¶ 2⁹ nō ꝙ epithima dī bonū medicamē: qꝛ secūdū cū exteriorib⁹ applicat̄: bonū ēt qꝛ penetrando suam perficit operationem cum peruenit ad morbum.

G

H

¶ Et medicina fortasse duas hȝ v̄tutes: vnā sbtiliatiuā ⁊ alterā igrossatiuā: ⁊ erit maior necessitas sbtiliatiue ꝗ̄ ispissatiue. Cūqȝ ei⁹ ispissatio fuerit tēperās sbtiliationē cū ex ea fiet emplm penetrabit subtilitas ⁊ remanebit spissitudo: ⁊ illa quideȝ q̄ penetrat ɔfert

I ℂ In isto caplo vt predicit in diuisione Aui. remittit nos p qbusdã determinationibus ad alia loca. Et incidenter ponit vnã regulã. ℂ Primo g dicit q sigs vult cognoscere medicias solutiuas ⁊ lenificatiuas tã illas que bibunt q̃ illas que epithimant: ⁊ supple sint artificiales: requiratur in antidotario. s. in 5° can. ℂ Dicit 2° q modus meliorandi medicinas simplices: ⁊ qualr sit succurrendũ nocumento eaꝝ: ⁊ qũo sint administrãde: requirat in libris de simplicib⁹ medicinis quo ad regulas in canonib⁹ vlibus. 2° quo ad spẽs medicinaꝝ in capitulis ppꝛijs. Addit vlterius q pillule nõ sunt dande qñ sunt antiquate ⁊ facte dure sicut lapis: nec nimis molles: qꝛ penetrãt ⁊ adherent in ore ⁊ meri: qð penitus nõ intendit medicus: sed debent esse sicut ille que modo incipiunt exiccari: ⁊ que possunt premi digitis ⁊c.

K ℂ De vomitu. CAP. XI

HOmines q sunt remotiores ab h vt medic⁹ eos vomere faciat leuiter: aut pp nãm sunt hoies q pect⁹ hñt strictũ: ⁊ q male anhelant: ⁊ q ad sanguinẽ spuendum sunt apti: ⁊ hoies colla habentes gracilia: ⁊ apãtibus q̃ in ipsoꝝ nascunt gulis apti: ⁊ stomachos hñtes debiles: ⁊ multũ pigues: qm̃ istis ꝯueniẽti⁹ est vt vẽter soluat. Et macris melior est vomit⁹ cholere ipsoꝝ apt⁹: aut pp vsuz hoies qb⁹ difficile est vomere neqꝫ vomendi hñt ꝯsuetudinẽ: qm̃ si istis vomit⁹ ꝓuocat⁹ fuerit fortib⁹ vomitib⁹ nõ remanebit qn ipsoꝝ vene in mẽbris anhelit⁹ scindant ⁊ ꝑueniãt ad ptisim. ℂ Cũ aũt alicui⁹ res q̃lis sit ignorabit: vomitib⁹ leuib⁹ pri⁹ erit expiendus: q si ei fuerit faciles: erim⁹ ei fortes ausi dare: sicut illũ q fit ex elleboro ⁊ sibi siles.

L ℂ Positis canonib⁹ de solone ventris ⁊ reb⁹ annexis ponunt hic can. de vomitu cum annexis: ⁊ diuidit in duas. Pͦ ponit can. in vsu vomitus. 2° in annexis. 2° ibi [Cũ ille q ⁊c.] Pͦa in duas. pͦ ponit corpa inepta ⁊ corpa apta ad vomitũ. 2° ponit can. in vsu ei⁹. 2° ibi [Si oportuerit.] In pͣma pte dicit q̃tuor. Primũ est q hoies q sunt remotiores ad h vt medicus faciat eos leuiter vomere pp naturã. i. pp dispõnẽ eis nãlẽ sunt illi: in qb⁹ aliq̃ aut plures de septẽ cõditionibus inueniunt. Pͦa est q pect⁹ hẽant strictũ. 2° est q male anhelãt. i. cũ difficultate. 3° est q sũt parati ad fluxũ seu ad sputũ sanguis. 4° q habeant colla gracilia. 5° q sint apti ad hoc vt nascant eis faciliter apata in gula. i. in capite. 6° q habeãt stomachos debiles. 7° q sint multũ pingues. Nã oĩb⁹ istis meli⁹ est facere fluxũ ventris q̃ vomitũ. ℂ Dicit 2° q macris melior est vomitus apt⁹ cholere eoꝝ. ℂ Tertiũ dictũ est q qñqꝫ sunt inepti pp vsum sicut sunt illi qbus difficile est vomere ⁊ nõ sunt ꝯsueti. Nã in oibus istis ineptis si vomit⁹ sit ꝓuocandus cũ fortib⁹ vomitiuis nõ remanebit qn ipsoꝝ vene in mẽbris anhelit⁹ scindant ⁊ fiant ptisici. ℂ 4° dicit q si est aliqs de quo dubitas: vtrũ sit apt⁹ ad vomẽdũ leuiter vel nõ. pͦ debes experiri illũ cũ leuib⁹ vomitiuis: ⁊ si ei fuerit facile tu poteris addere ⁊ dare ei fortez sicut illũ q fit ex elleboro ⁊ silibus. ℂ Et pͣme ꝯditiones excepta illa de stõcho oẽs ponũt ⁊ declarant a Gal. in cõmento illi⁹ afo. q̃re ꝑicule. Ptisicos ⁊ho ⁊c. Nã cũ ex oibus istis q̃ dispõnib⁹ significat debilitas mẽbroꝝ pectoris: aut nimia ipressio: vel cõpressio sicut in pinguibus: cõstat q qñ p vomitũ mãe ad supiora mouebunt ⁊ sanguis multus cũ violentia iplebit venas pectoris ⁊ pulmonis ⁊ fortis fiet extensio partiũ illarũ: periculũ est ne vene ille scindant: ⁊ maxie si vomit⁹ fuerit cũ re multũ violentante ⁊ cogente ad vomitũ. Et nõ intẽdo hic laborare ad declarandũ qũo collũ gracile significat stricturã ⁊ debilitatez venaꝝ pectoris: ⁊ qũo multa pinguedo significat cõpressionẽ venaꝝ in pectore a carne ⁊ pinguedine: satis. n. dcã sunt in cõmẽto illius afo. allegati. ℂ Sꝫ de his q hñt stomachũ debilẽ vi du᷑. Nã supra in ca° de regulis cõibus soloni vẽtris ⁊ vomitui: dictũ est q pp debilitatez stõchi medicina secessiua fit vomitiua: g hñtes stõchos debiles facilr vomũt. g nõ sunt inepti ad h vt medic⁹ faciat eos vomere. ℂ Hic rñdet cõiter tribus modis. Unus est q hic p hñtes stomachos debiles intelligimus illos: quorũ stomachi sũt debiles p totũ tã quo ad ptẽ supiorẽ q̃ quo ad ptẽ inferiorẽ. Sed in ca° allegato itelligit de debilitate ptis supioris. Nã cũ inferior pars stomachi est debilis nõ põt pellere mãz ad supiora: qð tñ ad vomitũ ẽ opportunũ. Uel 2° di q duob⁹ modis possumus itelligere stomachũ debilẽ. Uno mõ quo ad virtutẽ expulsiuã ⁊ imutatiuã: ⁊ ista est q̃ reddit stõchũ ineptũ ad vomitũ: ⁊ ista est de q̃ loq̃t Aui. hic. 2° di debilis qꝛ facile recipiẽs nocumẽtum a sensibili: ⁊ isto mõ di multe sensibilitatis: ⁊ ista debilitas facilitat ad vomitũ: ⁊ de hac dictum est supra. Uel 3° di q vomere facilr includit duo vt sumit hic: vt ab Aui. vnũ est q a leui cã vomat. 2ᵐ est q nõ ledant a vomitu. Mõ multa sunt dictoꝝ corporũ q̃ a leui cã vomerent: sed qõlꝫ ledit a vomitu: ⁊ iõ illi q hñt stõchũ debilẽ nõ psit vomere leuiter: qꝛ nõ psit vomere sine notabili lesione. Sꝫ nõ valet argumẽtũ: in eo medicina secessiua fit vomitiua: g vomit sine lesione: aut leuiter: ⁊ sic pꝫ solutio. ℂ Ulteri⁹ nota q Aui. hic colligit dispõnes facientes ad ineptitudinẽ vomendi tam nãles q̃ accidentales ex consuetudine: ⁊ ideo in pͥncipio posuit aut ppter nãm sub distinctione: ⁊ in fine dedit aliã partem distinctionis cũ dicit: aut ppter vsum: ⁊ cã assignata: lꝫ posset in pluribus istoꝝ: tñ maxie verificat de alijs ab illis q sunt parati ad apostemata gutturis: ⁊ q hñt stomachos debiles. in his enĩ ppter alia nocumenta manifesta ꝓhibetur vomitus: ⁊ reliqua sunt satis manifesta.

M Sciẽs tñ q vomitui iepti qñqꝫ vomitu indigẽt: vl qꝛ repleti sũt malis humoribus q̃s nõ lꝫ p iferiora educere: vel qꝛ hñt aliquã egritudinẽ in intestinis: vel quia adest mã venenosa ⁊ corrosiua vt chol'ra prasina vel erugiosa q̃ si educeret p iferiora vulneraret intestina: q̃re ⁊c.

ℂ Et si nõ oportuerit vt fiat quaten⁹ vomãt: aut fuerit vnus cui necessarium erit dare vomitum prepara ipsum ante ⁊ fac ei consuetudinem ⁊ mollifica ipsius nutrientia: ⁊ fac ea vnctuosa ⁊ soluta: ⁊ fac euz qescere ab exercitijs: ⁊ postea da ipsum ei. Q

ℂ Hic Aui. ponit can. ⁊ pͦ cões: deinde ꝓprios. 2° ibi [Et da in potu ei.] Dicit pͦ q sigs vomit difficulter: ⁊ sit necessariũ q vomat: prepara ipm ante ⁊ fac ei ꝯsuetudinẽ vomendi dando ei nutrimẽta multa humida vnctuosa ⁊ solutiua: ⁊ fac euz qescere: ⁊ ꝓhibe ab exercitio: ⁊ postea da ei vomitiuũ. ℂ Ubi nota q ista lr̃a multotiẽs inuenit affirmatiua: ⁊ sensus est quẽ h dixi ⁊ verificat rõne sicut di in quarta ꝑicula afo. illo afo. Ad elleboros his q ⁊c. Nã per ꝯsuetudinẽ vomendi ⁊ p nutrimẽta multa ⁊ humida ⁊ vnctuosa ⁊ quietez fit stomachus mollis ⁊ obedientior motui illi sibi violento. s. vomitui. Qñqꝫ autem additur negatiua que dicit: ⁊ si nõ oportuerit vt fiat quatenus vomat: ⁊ tũc esset sensus q siquis est de illis in quibus non oporteret prouocare vomitum: quia esset indispositus: sꝫ

Humores. n. conseruat superfluitatẽ: ⁊ iõ vt fiat eaꝝ gnõ q̃ hẽant inducẽ humores ad vomitũ qescãt ⁊ hoc an̄ vomitũ ⁊ nõ p⁹: q̃re ⁊c.

A

Et ex hoc no tato soluitur du bium motum a Gentili i hoc loco si hn̄ pō derau: et vide ēt eo co dissō nē ō pparatio ne et dubium de sale tē.

tamen est necessariū ppter aliquē casuz facere q̄ vomat: tūc est pparandus vt dictū est. ¶ Nota 2° q̄ lz in talib⁹ corporib⁹ vt vomāt vtile sit facere ꝯsuetudinē:nō tñ sem per dz fieri. Nā qñqz est tanta necessitas accelerandi q̄ nō daf spatiū faciēdi ꝯsuetudinē: vt si bibisset venenum mortiferū qđ est in stōcho: ꝯstat q̄ quāto citi⁹ pōt expellendū est. ¶ Nota 3° q̄ hec tota pparatio est in mēbris expulsiōis: lz quodāmō humorē respiciat. Nā pparatur stomachus pncipalr. Quō autē humores sunt pparandi: aut vie nō est pprīū huic loco: sz cōe euātionib⁹. Et iō de illo dictū est. c. 3° qđ est gnāle de euōne. ¶ Nota 4° q̄ cibaria soluta pñt intelligi cibaria apta ad dissoluendum robur stōchi: vt tepida et dulcia et oīa q̄ hoc faciūt. Aut 2° qz nō sunt delectabilia: qz dissoluūt appetitū. Aut 3° solutaqz diuersa et nō cōiuncta: ita q̄ imutent tanq̄ cib⁹ vn⁹. Ex tali eniz stomachus fieret potius auarus: sz ex diuersis nō: vt dicif supra in. c. de regulis cōibus solutioni ventris et vomitui. Aliqui intelligunt soluta. i. absqz sale: quia insipida: et ista verba sunt insipida.

B ¶ Et da in potu vnctuosa et olera cū vino: et ad comedendū da ei anteq̄ vomat nutriētia bona: et pprie si vomit⁹ fuerit difficilis: qm̄ fortasse nō vomet ipm̄: imo nā ipz retinebit: et melius est vt bonū retineat q̄ malum.

¶ Hic ponit cañ. speciales: et pmo in vomitu facili conuenientes. 2° in vomitu laborioso. 2° ibi [Cū aliqs.] Prima in tot quot sunt cañ. Prim⁹ est q̄ illi quē volum⁹ facere vt leui vomitu vomat debēt dari olera cū vino ad comedendū: et dz dari añ vomitū cib⁹ boni nutrimēti: et pprie si difficiliter vomat: qz forte nō vomet: imo forte retinebit illud qđ daf ei: et melius est vt teneat bonum q̄ malum. ¶ Ubi nota q̄ Aui. insinuat duo. Primū est q̄ talis vomit⁹ fiat dū cib⁹ est i stōcho. Scđz q̄ tales cibi debēt eē vnctuosi faciētes nauseā et cū h boni nutrimēti: vñ olera cū vino pcipue dulci mollificāt stōchū et pparāt ad nauseā: sz cū istis debēt dari illa q̄ boni nutrimēti sunt: aut qz ista olera debēt eē boni nutrimēti et nō mali: sicut spinachia et lactuce: aut qz illō qđ cū eis daf: puta carnes dz eē boni nutrimēti: et nō mali. Ego nō itelligo istū cañ. q̄ facile vomentib⁹ denf solū olera cū vino: et difficulter vomētibus def cib⁹ boni nutrimēti: sz q̄ in oīb⁹ conuenit dare olera ad mollificādū: et vinū dulce: nisi pp aliud phibeāt: et ēt in oībus cōuenit nutrimentū eē bonū: maxie tñ cōuenit hoc fm difficulter vomentibus ppter cām dictaz in lr̄a. Sed cā ppter quā vomitiuū leue dz dari post cibuz est: qz vomitus est motus laboriosus: et iō leuia vomitiua que leuiter agitant: et qz ad fundum stomachi facile descēdunt nisi cib⁹ esset in stōcho nō sufficiēter agitarēt: et nisi cū eis eēt cibi agitatio nō sufficerēt vomitū iducere: sz cū adiutorio motus cibi inducūt ad vomitū. Accidit 2° q̄ cibus ꝯmiscef cū suba humoris: vñ cū cibo facile pellitur humor q in stōcho ꝯtinebaf. Et 3° qz cū istis cibis absqz hoc q̄ habeant multū extraneare stōchū multotiens est virtus incidēdi humorē viscosuz: aut subtiliādi grossum: aut ingrossandi subtilez: vñ postea leuius expellif. Et pmā istarū expressit Rasis 4° Almansoris. c. de iuuamētis vomitus. Attende tñ q̄ nō semp hoc est necessariuz: sed vtplurimū: qñqz eniz humor in stōcho existēs sufficienter repit ad os stōchi et est abominabilis: et nō nimis grossus nec subtilis. vt accidit illis qb⁹ cholera ieiuno stomacho pellif ad stōchuz eoꝝ: de qbus facit mentionem Gal. 6° regis sanita. et 2° regis acu. in qbus ꝯueniēter vomitus administraf añ cibū cū humore sit paratus facilr egredi. Sed vtplm melius est vt cibus pcedat non ad h

C

D

vt digeraf: sed ad vomitum facilitandum.

B

¶ Cūqz post cibū quē comedit cā vomendi vomuerit: tardet comestionez donec fames sit fortis: et sedet sitim ei⁹ cū aliquo qđ sit sicut syrup⁹ macianoꝝ sine aq̄ et nō cū iulep neqz syrupo acetoso: qm̄ vomere faciunt.

¶ Ponit cañ. 2m de faciendis post vomitum: et dicit duo. Primū est: q̄ post talē vomitū nō cibef donec fames sit fortis. Scđm est q̄ si sitiūt dz sedari sitis eoꝝ cū syrupo pomoꝝ macianoꝝ sine aq̄ et nō cū iulep siue syrupo acetoso: qm̄ ista vomere faciūt. Cā aūt pmi est: qz fames fortis signat q̄ ꝯsumpti sunt humores mali si q post vomitū in stōcho remāserūt: et q̄ sedat⁹ est mot⁹ agitatiu⁹ ad expellendū: et iō cib⁹ q sumef a stōcho cōstringif et bñ digerif. Cā aūt scđi est: qz in syrupo macianoꝝ cuz est fact⁹ ex succo macianoꝝ odoriferoꝝ habētiū aliquā stipticitatē est cōfortatio stōchi cū stipticitate et aromaticitate: et sedat nauseā et agitationē. Di aūt sine aq̄ aut qz fiat ex macianis in qbus nō est cruda humiditas q̄ pōt vocari aq̄: sed fiat ex his q̄ sunt vetera: aut qz non misceaf aq̄ in tali potu ne mollificet. Cā autez tertij est: qz iulep mollificat stomachum et syrupus acetosus cum sit hñs saporem ex acetoso et dulci mixtuz est nauseatiuus: vt dī 2° cañ. c. 3°. Et iō tu menti tene q̄ in his q vomūt et intendis vomitū restringere non des istos potus.

F

Nota q̄ maciana sūt poma syluestria q̄ nō hēm⁹: ex qb⁹ pñt fieri syrupi: nō loco ei⁹ ham⁹ mīnā cydonioꝝ sine spēbus si corpa sint colerica sz si sint flegmatica da m⁹ cū spēb⁹: et vñ talia nō da mus cū aq̄: qz opz cōfortare stōchū qz debile est: modo aq̄ remolliret et debilitaret eū magis: q̄re tē. hec Gentilis.

¶ Cibus aūt qui est ei vtilis est pullus in carbez et. iij. phiale vini post ipsum.

G

¶ Hic ponit cañ. de spāli cibo: et dicit q̄ cib⁹ q vomētib⁹ est vtilis est pullus gardeſcaut fm aliam lr̄am carbez: et tres fiale vini post ipsuz. Istū cañ. qdā volūt debere intelligi de cibo sumēdo añ vomitū: et dicūt q̄ carbez vt sumif apud auctores de fercalis est cib⁹ factus in pastello cū oleo: et tūc cā erit clara: qz p oleū mollificat: et pp pullū est boni nutrimenti: et sic habem⁹ intētiones supradictas. Alij volunt q̄ itelligaf de cibo post vomitū: et h ego puto verū pp cōtinuitatē textus: et dicunt q̄ carbē est idem qđ salsamētū factū ex reb⁹ aromaticis et stipticis: et tūc ēt cā est clara. Sed quō sumat tres fialas vini: dī cōiter q̄ nō vult hanc absolute mēsurā sumēdā eē: sz dat intelligi q̄ augeaf parūp potus respectu cibi: qz indigent restauratione cita: et hoc fit cū vino odorifero. Sed nō inueni integre quāta mensura sit fiala: dicit tñ Dy. q̄ idem est qđ hiala et hiala est. ℥. 6. et semis.

¶ Et ille qdē q acetosuz vomuerit et nō consueuit et in pulsu aliqđ signū febris habuerit: comestionē vsqz ad mediū diē tardet: et ante ipsam aquā calidam rosaceā bibat.

H

¶ Est alius cañ. in quo Aui. vult q̄ qui vomit acetosum: qz incōsuetus vomitui et fatigatus in vomitu et in ei⁹ pulsu apparet signū aliqđ feb. dz tardare comestionez vsqz ad mediū diē: et anteq̄ comedat bibat aquā rosataz calidā. Cā aūt canonis est: qz q vomit acetosuz vomit frigidū humorē: et iō nō est verisile q̄ pp humorē sit calefactus sed pp agitationē: et iō verisile est q̄ feb. illa sit effimera et q̄ status ei⁹ trāsibit in sex horis: et ita media die artificiali de dieb⁹ equinoctialib⁹ q sunt. 12. hore: et tunc cibari poterit. Aqua aūt rosarū daf ad ꝯfortādū stōchū sua stipticitate et aromaticitate. Sed daf calida actu ne currat frigida actu stomacho debilitato et resoluto ne extingueret ei⁹ caliditatē nālem et ne multum debilitetur.

Scias q̄ res acetosa q̄ euomif qñqz ē ei bus aut por⁹ ex se acetosus aut acetosat⁹ in stōcho vt lac et vinū q̄ i stōcho frigido frequēter acetosant. Et aliqñ ē acetosuz flegma vl' in se acetosatū ex ebullitione sicut succi fructuū post ebullitionē acetosant vel ex pmixtiōe melē

¶ Cui āt acciderit vt cholerā vomat nigram ipsi⁹ stōcho spōgia aceto calō ifusa suppōaf.

I ¶ Dicit i isto canō. ꝙ si accidat ꝙ vomat cholerā nigrā; dꝫ supponere stōcho spōgiā infusā in aceto calido: ⁊ administraᵗ fomētatio cū aceto calido ad īcidēdū melācho licū humorē si qua ps remansit: aut ibibita: aut adherens stomacho: ⁊ vt sui stipticitate ꝯfortet stomachū: ⁊ administraᵗ in spongia leuitate ipsi⁹: ⁊ qꝛ spōgia adiuuat resolutionē quā facit actualis caliditas aceti.

acetose. Et ali qn̄ ē melius vᵗ nālio ꝙ q̄dā acetositate remissa pricipat vel adusta generata ex nālī: ꝙ si subtilis sit ē acrior valde sic acetū: vt dicit Auic. pᵒ pmi doc. 4. c. 1. ⁊c.

¶ Et meli⁹ qdē ē vt cib⁹ q ad vomēdū sumiᵗ diuersus: qm̄ cū ē vn⁹ qn̄qꝫ ipꝫ āplectiᵗ stōchus ⁊ i dimittēdo ipꝫ fit auar⁹. ¶ Post vomitū aūt ipsi⁹ supfluū ꝯferūt aues pue ⁊ pulli cuꝫ ābulare icipiūt: ossa tn̄ suaꝝ extrēitatū nō cōedat: qꝛ sūt grauia ⁊ i stōcho tardanᵗ.

K ¶ Ponit canō. de cibo: ⁊ dicit ꝙ cib⁹ q sumiᵗ vt vomat dꝫ esse diuersus. Et cā est: qꝛ qn̄ est vn⁹ stōchus fit auar⁹ i retinēdo vt dictū est supra. Sꝫ cib⁹ q daᵗ post supfluū vomitū sint aues pue ⁊ pulli cū ambulare icipiūt: supple si sūt de genere pulloꝝ q nō ambulāt cū nascunᵗ: sicut multe aues: ⁊ nō debent comedi ossa sua: qꝛ sunt grauia ⁊ tardanᵗ in stōcho. Nā cū isti indigeāt cibo facilr digestibili nō mollificāte: ⁊ multi ⁊ boni nutrimēti: ista ꝯueniūt. Ossa aūt sui duritie sūt idigestibilia: ⁊ iō nō debēt sumi.

¶ Et fac cum ingredi balneum.

¶ Ponit canō. ꝙ qui supflue vomit ingrediaᵗ balneum: ⁊ verificaᵗ: vt supra de supfluo fluxu ventris.

¶ In hora aūt vomendi currat ⁊ exerciteᵗ ⁊ fiat vt laboret post vomat.

L ¶ Ponit canō. de faciēdis i tpe vomēdi ⁊ vult ꝙ illa hora exerciteᵗ ⁊ currat: ⁊ hoc nisi alr vomat: aut nisi vomat supflue: ⁊ hic mot⁹ adiuuat ad agitādū cibū ⁊ hūores q sunt in stomacho ⁊ ad nauseā ꝓpter hoc: ⁊ iō ꝯfert nisi in supfluo: ⁊ est snia afo. Cum volueris elleboꝝ ⁊c.

¶ Sitqꝫ hoc in media die.

¶ Dat canō. in hora vomēdi: ⁊ dicit ꝙ vomat i medio die. Et cā est: qꝛ illi humores sunt tunc cōmoti ⁊ virtus excitata: ⁊ iō faciliꝰ pellunᵗ. Alig tn̄ volunt ꝙ fiat vomitus illa hora: qꝛ illa hora temperata est forte cum non sit frigida: vt matutina: nec calida vt vespertina.

¶ In hora pterea vomēdi opꝫ vt oculi ligentur suppositis pilis duab⁹: deinde venter leui fascia temperate fascietur.

M ¶ Dicit hic ꝙ due pile ligenᵗ sup ocul os ⁊ fascienᵗ oculi: ⁊ silr fascieᵗ vēter leui fascia. Primū horū fit pp ꝓhibere cursuꝫ humoꝝ ad oculos. Scōm ad fortificandū musculos ventris ꝓpellendo: ⁊ nō dꝫ multū stricte ligari: qꝛ multotiens impedirent.

Hoc idē ꝓdo cuit nob Rasis 4ᵒ Almā. c. de vomitu di cēs: ⁊ est cā observādū vt cū aliqs voluerit vomere duos pāniculos hꝰ in rotūditatē circumuolutat ⁊c. ⁊ rō hꝰ est: qꝛ in vomitu oculi laborātes vt qsi exire videanᵗ a suis foueis: ⁊ iō dixit Auicen. circa finē hꝰ capli ꝙ vomitꝰ corpi cō ferꝛ: sed visui nocumentum facit. Pseruantur aūt per diceꝛ pilas ⁊ ligaturā ab his

¶ Res quoqꝫ q̄ vomit⁹ sūt ꝑparatorie sūt eruca ⁊ rafan⁹ ⁊ carica ⁊ calamētū mōtanū ⁊ recēs: ⁊ cepe ⁊ pori ⁊ aq̄ ordei cū fece sua ⁊ melle ⁊ pultes fabaꝝ cū dulcedie ⁊ vinuꝫ dulce ⁊ nuces cū melle ⁊ q̄ sūt eis silia: ⁊ micla q̄ fcā ē ex pane azimo ⁊ olō: ⁊ melōes ⁊ cucumeres ⁊ caꝝ scia: aut aliqd ex coꝝ radicib⁹ tritis ⁊ i aq̄ ifuᵗ cū dulcedie ⁊ hermodactyli ⁊ rafan⁹.

¶ Narrat hic res faciētes leuiter vomere. ¶ Ubi nō ꝙ reꝝ facientiū leuiter vomere q̄dā faciūt irritādo ad nauseā ⁊ vomitū sicut abominatio: q̄dā irritādo ⁊ disponendo mām sicut icidēdo aut subtiliādo: q̄dā disponēdo meri ⁊ os stōchi: q̄dā attrahēdo humorē ad stōchū. Et nō dicunᵗ fortia vomitiua nisi q̄ ad stōchū trahūt. Et oia ista q̄ trahunt ad stōchū: nō dicūr vomitiua fortia: imo q̄dā mediocria sicut hermodactyli. Sꝫ q̄ nō trahūt māꝫ nō dicūr fortia vomitiua: ⁊ iō in istis si bn̄ examinenᵗ nō inuenies fortia vomitiua: aut debilia: aut mediocria: qꝛ q̄uis attrahant mām ad stōchū nō opanᵗ cū violētia accidentiū.

N nocumentū quare ⁊c.

¶ Qui aūt vinuꝫ biberit inebrians ad hoc vt euomat: non incipiat vomere: donec adhuc parū bibat: sed bibat multum.

¶ Hic ponit q̄ntitatē vini qđ sumiᵗ grā vomendi. Dicit ꝙ q sumit vinū inebriās. i. aptū inebriare grā vomēdi non incipiat vomere dū adhuc parū bibit: imo bibat multū. Et ꝯsidera ex hoc itellectu ꝙ Aui. nō vult ꝙ debeat iebriari: sꝫ loqᵗ de vino potēti qđ est aptū iebriare: maxie autē verificaᵗ si cū po⁹ sua sit dulce. Et cā est: qꝛ cū paꝝ bibit nō est adhuc stōchus relaxat⁹: nec multū bn̄ pata mā ad vomitū: sꝫ qn̄ vinū ē multe q̄ntitatis: tūc mollificat ⁊ agitat supiora: ⁊ sui q̄ntitate grāt ⁊ leuat malaꝫ mām stōcho adherētē. ¶ Dubitaᵗ tn̄ hic: vtrū sit meli⁹ ꝓuocare vomitū cū vino q̄ꝫ cū aq̄. Ubi nota ꝙ ꝯsiderāda est dispō stōchi ⁊ humoꝝ q expellēdi sunt. Nā stōcho multū frigido ⁊ hūore flegmatico peccante faciendus est vomit⁹ cū vino: qꝛ nō obest stōcho sua calitate ⁊ icidit flegma q̄dā acuitate ⁊ abstergit: vbi aūt stomachus sit cholericus: aut humor peccans sit cholera: statim o est ita ꝙ melius est euāre cū aq̄: vt vult Gal. 2ᵒ de regimine sanitatis.

O

¶ Suchaba quoqꝫ cū bibita fuerit cū melle post balneū faciet vomere ⁊ soluet vētrem.

¶ Ponit rem in vsu alterius vomitus. s. suchaba. Et dī ꝙ suchaba est potus factus ex ordeo ⁊ aqua. Et dī ꝙ cū bibiᵗ cū melle facit vomitū ⁊ soluit vētrē: pcipue si sumaᵗ post balneū: qꝛ balneū relaxat os stomachi. Cā est: qꝛ sua vnctuositate ⁊ virtute abstersiua ⁊ abominatione q̄dam mouet stomachum ad expulsionem ⁊ preparat.

P

¶ Amplius qui vomere voluerit non fortiter masticare debet prope ipsum.

¶ Dicit ꝙ q vult vomere nō dꝫ fortiter masticare: ⁊ hoc fit ne stomachus bn̄ ⁊ auide retineat ⁊ applicetᵗ cibo sumpto: ⁊ itelligiᵗ de cibo qui sumiᵗ grā vomendi.

¶ Cū aūt aliqs fortē vult vomitiuū sumē sicꝫ q sit ex elleboro ipm bibē dꝫ nisi fuerit qđ ꝓhibeat ⁊ post duas horas diei ⁊ postq̄ꝫ stercus ab itestinis exierit. Et si cū pēna vomuerit: bn̄ erit: ⁊ si nō: moueaᵗ parūp: ⁊ si nō: in balneū mittaᵗ. Pēna quoqꝫ q̄ fit vomit⁹ inungēda ē ex aliquo qđ sit sicē oleū sisaminū.

Q ¶ Hic Auic. ponit canō. in vsu fortis vomit⁹: ⁊ lꝫ ministret regulas cognoscēdi vomitū innatiuū a nocituo: tn̄ hoc facit absqꝫ ordine: ⁊ iō pars ista diuidiᵗ vt precedens in tot partes quot sunt canones in dicta lr̄a. In pⁱma ergo parte enumerat quō sumendū est vomitiuū forte ⁊ quō vomēdum est cuꝫ illo. Et ponit. 7. ꝯditiones in his seruandas. Prima ꝙ si sumaᵗ vomitiuū forte sicut elleborus dꝫ sumi stōcho ieiuno vbi nō fuerit aliud ꝓhibens. Scōa ꝙ sumaᵗ post duas horas diei. Tertia ꝙ sumaᵗ post euōnē vētris a stercore. Quarta ꝙ vomat p ipositionē pēne in gula cū q̄ si vomat bn̄ erit. Quinta ꝙ si nō vomat hoc mō moueaᵗ paꝝ. Sexta ꝙ si mot⁹ nō suffic̄ mittaᵗ i balneū. Septia ꝙ pēna vngaᵗ cū aliq̄ qđ sit sicē oleū sisaminuꝫ. ¶ Ubi pⁱ ꝯsidera ꝙ dixit bibere dans itelligere ꝙ talia medicamina: qꝛ sunt abominabilia trāsglutiunᵗ sine masticatione: ⁊ illō large dī bibere siue illō sit in solida substa siue molli: vñ supra dicit ꝙ bibuntur pillule. Hy. tn̄ dicit

A q laborat ad docendū q in forma apozimatis ⁊ potabi-
li ⁊ fluxibili melius administrant vomitiua fortia: qz vt
dicit facilius descendant remanēte virtute in ore stoma-
chi. Sed ego nō puto verū q in forma potabili q facili⁹
descendant cum supradictū sit q illud pharmacū vomi-
tiuū sit secessiuū si detur in sba solida: qz facilius descen
dit: ⁊ hic non intendo aliter arguere: nisi qz facilius ad su
periora agitant in forma liquida q̄ solida. ¶ Sed circa
pmā cōditionem cuz dicit q dz sumere ieiunus tale vo-
mitiuū: attende q vna cā est: qz vomitiuū debile nō dat
nisi ad educendū humorē q est in stōcho: ⁊ talis facilius
cum cibo exit vt supra dī. Sed forte vomitiuū datur ad
attrahendū a longinquo ⁊ ipediret operatio sua per cō-
mixtionē eius cū cibo. Scda cā est: qz cum sit plurimum
rei maligna nō dz sumi: ita q aliqd ex ea penetret in ve-
nas: mō si cū cibo sumeret transumpta pte cibi attrahet
aliqd de vomitiuo. Tertia cā: qz facta agitatiōe cito a sto
B macho pelleret cū supnataret cibo. ⁊ sic nō retineret suf-
ficienti tpe ad attrahendū illud qd attrahēdū est: ⁊ ēt qz
talis medicina nō opat nisi reducat ad actū a calore cor-
poris humani vt supra dictū est: ⁊ cibus ipediret opōnē
p quā ad actū reduceret. Cā aūt quā assignat Dy. sup h
est: qz vomitiua fortia nō euāt nisi cū forti motu: ⁊ for-
tior motus requirit ad vomendū stōcho vacuo a cibo q̄
stōcho pleno. Judicio meo nihil est: qñqz fortia vomitiua
faciunt fortē motū per quē ēt stōchus plenus facili⁹ eua-
cuat q̄ vacuus. ¶ Nota vlterius: qz Aui. hic dicit: detur
stōcho ieiuno nisi fuerit qd ꝓhibeat. Tale autē ꝓhibens
qñqz est dispō medicine q pp qdā nocumēta q facit indi
get vt dēt cuz re cibali: aut qñ aliqd cibi est in stōcho vt
ꝓcipue elleborus albus: qñqz est ex pte nāe suscipiētis vt
si eēt valde sensibilis stōchi aut debilis: qñqz ex pte acci-
dentiū vt si sumeret in hora famis. In his. n. casib⁹ opz q
sumat supra cibuz vt maiora nocumēta vitent. ¶ Circa
C 2m cōditionē nota q due sunt cāe pp q̄s forte vomitiuū
dz sumi post duas horas diei. Pria: qz dz sumi hora qua
hūores nō sunt a somno imobilitati vt citi⁹ egrediantur.
Nā cū pharmacū vomitiuū stet in stōcho in supiori pte
agitat ⁊ icitat ad sui expulsionē: iō nō tādiu tenetur sicut
secessiuū: ⁊ opz q citi⁹ a se trahat: ⁊ iō dz eē post excita-
tionē ⁊ subtiliationē humoꝝ a lumine diei: ⁊ ne sumat in
hora vehementis caloris: dī post horas duas: qz in estate
qñqz dz fieri: ⁊ si amplius staret esset hora nimiū calida.
